SIMPLICII

PHILOSOPHI ACVTISSIMI COMMENTARIA IN QVATVOR LIBROS DE COELO ARISTOTELIS.

NOVITER FERE DE INTEGRO INTERPRETATA, AC CVM FIDISSIMIS CODICIBVS GRAECIS RECENS COLLATA.



Cautum Priuilegij, Summi Pontificis, ac Illustrissi. Senatus Veneti, nequis hunc Librum in aliquo suæ ditionis loco imprimat, aut alibi impressum uendere audeat.

Venetijs apud Hieronymum Scotum.

1544.

PROOEMIVM

SIMPLICII PHILOSOPHI CLARISSIMI PROOEMIVM SVPER QVATVOR LIBROS ARISTOTELIS, DE COELO.



ROPOSITVM Tractatus Aristotelis de cœlo, Alexan. ait de mundo esse. cœlũ enim tripliciter ab Aristo. in his dici, uidelicet inerrãtium sphæram, qđ quidem & extremum cœlum cũ adiectione uocat in hoc libro, & totum diuinum & circulare corpus, & adhuc etiam mũdum, sicut & Plato cœlum nominauit. Totum sanè cœlum dicens, aut mũdus, aut & aliud quidem quodcũq; nominatum, utiq; suscipiatur. Et Theophrastum autem pro teste accipit, in eo qui de cœlo, non de diuino corpore dicentem solum, sed etiam de his quæ in generatiõe, & de horum principiis. Alexãder igitur, ait, de mundo, & de his quæ in ipso quinque corporibus. s. de cœlesti, & de quatuor quæ sub luna, igne, aere, aqua, & terra. induxerunt autem ipsum in hanc existimationem, ꝑposita quæsita de toto mũdo in primo libro. s. utrum unus mũdus, aut multi, & utrum finitus aut infinitus, & ingenitus & incorruptibilis, aut non. Et qđ in duobus primis huius negocii libris, de proprie dicto cœlo, cum dixerit, in tertio & quarto, de quatuor elemẽtis fecit sermonem, tãquã cõsequens ei quod de primo corpore, ꝓpter qđ & tertium iterum inchoans, ꝙ de corporibus est physicum negocium docet. & concludens prius dicta scribit hæc. {De primo quidẽ igitur elementorum dictum est, & quale quid ſm naturã, & quoniam incorruptibile & ingenerabile, reliquum autem de duobus dicere} duo dicens, duas cõiugationes. s. eam quæ leuis, in qua ignis & aer, & eam quæ grauis, in qua aqua & terra. ¶ Diuus autẽ Iãblicus ꝑpositum in his quod fit de cœlesti & diuino corpore, ait, cõphendere & eam quę de toto mũdo theoriam, tãquã utiq; cõtentam ab ipso ſm substantiam, & cedentem ipsi ad operationem generationis. Quinimo & de elementis & de uirtutibus quæ in elemẽtis existunt, quoniã hæc omnia à cœlo dependent, & ab his quæ in cœlo circũeunt. ¶ Syrianus autẽ magnus, & qui post ipsum sequuti sunt ipm, de dicto principaliter cœlo, hoc est de perpetuo & circulari corpore, negocium esse aiũt. Et inscriptionem (ut uidetur intelligẽtes, & non acceptantes Alexãdrum dicẽtem intẽtionem eẽ de mũdo & de simplicibus corporibus. aiunt etenim. Quęcũq; de quatuor elementis dicuntur, non principaliter dici, sed tãquã facientia ad theoriam de cœlestibus. Vt enim ostẽdatur ꝙ nõ ex quatuor elementis est cœleste corpus, sed simplex, neq; unum de quatuor, sed quintæ substãtiæ, neq; leuitatem habẽs, sicut illa, sermonem de illis prosecutus est. illorum, hæc quidem leuia ostẽdẽs, hæc autem grauia propter quod & quatuor in duo reduxit. s. leue & graue. Vnusquisq; autem dictorum diuisionẽ naturalium librorum Aristotelis (ut existimo) sequẽs intẽtionem ſm se assignat. Horum enim hi quidem sunt de naturalibus principiis, quæ insunt cõmuniter omnibus naturalibus rebus, puta de materia, & forma, & de motu & loco & tempore, & de ipsa natura, & accidẽtibus sibi causis naturalibus, & adhuc de his quæ uidentur quidem inesse naturalibus, nõ insunt autem, ut de uacuo & infinito, de quibus & libri inscripti, de naturali auditu, docent. Post principia autem, existentia in naturalibus corporibus, oportebat iam de ipsis corporibus docere. Corporum autem (ut quidem Alexander diceret) utiq;, hæc quidem sunt simplicia, hæc autem composita. Et simplicium, hoc quidem perpetuum & circulare, hæc uero in generatiõe, & in rectũ mota. Et de omnibus his intentionem huius negocii, ait esse, & de mũdo ex omnibus composito. Vt autẽ alii dicunt naturalium corporum, hæc quidem sunt perpetua, de quibus est pręsens negocium, hæc autem in generatione & corruptione, de quibus docturus, primo cõmuniter de generatione & corruptione fecit sermonẽ. & tunc de generabilibus & corruptibilibus, ea qdem quæ in sublimibus fiunt per meteorologica tradidit. Eorum autem, quæ in terra, compositorum, hæc quidem sunt animata, hęc aũt inaĩata. Et de inanimatis quidem, quę de metallis inscripta docent. Animatorũ autem, hæc quidem sunt sensitiua, & secũdum locum mobilia, ut animalia. hæc autem insensibilia & imobilia, ut plãtæ. Et utiq; de plãtis ab ipso scriptum est & de animalibus. hęc quidem cõmuniter, ut quæ

88

de generatione ipsorum,& de differentia partium, & utilitate,& de motu & operatione, in quibus quæ de progressu animalium,& de memoria & somno & uigilia.hæc autem proprie,secũdum uná quãq; speciem animalium,quæ de animalium historia tradit.Tali igitur existẽte diuisione, palàm q post naturalem auditum,hoc negotium suscipiendũ,secundum omnes expositores librorũ Aristotelis,siue ut qui de mũdo,& de his quæ in ipso corporibus simplicibus, siue ut qui de perpetuo & circulari corpore inscribunt.¶ Fortè autem oportet dicere ad Alexandrum quidem dicentem planè Aristotelem facere sermonem in his de toto mũdo & de simplicibus in ipso corporibus,primũ quidem q uná quidem oportet esse intentioné totius negotii respiciẽtem ad unum & ad illa, quæ secũdum partem ipsius cõtexta.Deinde q non uidetur de mundo docere in his, sicut Plato in Timæo, principia naturalium/materiam/formam/& motum/& tempus & cõmunem mundi cõstitutionem/ tradidit.& singillatim de cœlestibus,& de his quę sub luna docuit.& horum meteora quidem multis in locis tractat,& quæ in terra metalla,& plantas,& animalia,& usq; ad constitutionem hominis, & partium ipsius.hic autem de mũdo toto dicta sunt paucissima, & hæc quæcũq; erát cõmunia ipsi & cœlo,q uidelicet perpetuus & finitus magnitudine & unus, & hæc habens ꝓpter cœlum,quia hoc perpetuũ & finitum & unum.¶ Sed si uelit aliquis Aristotelis theoriam de mũdo uidere in omnibus simul ipsius negotiis naturalibus,ipsum de mundo tractasse dicendũ. Iccirco & Nicolaus Peripateticus de omnibus his quę in mundo secundum species/facit sermonem, sed & ipse Aristoteles in tertio libro huius negotii de his quæ in ipso negotio,dicta sunt,summatim exponens,& in proœmio meteorologicorum,neq; alibi de mũdo/ait/dictum esse, neq; sic de cœlo ut de mundo, quáuis sit aliquod cœli significatum,secũdum ipsum, quod totum mũdum insinuat. Adiiciam autem post modicum conuenientius ea/quæ de his ab ipso scripta sunt. ¶ Ad alios auté expositores dicendum, q non uidetur sermo de quatuor elementis in his propter necessarium,neq; simpliciter ꝓpter theoriam de cœlestibus assumptus esse,sed principaliter de ipsis docet.Etenim ut alia omittam, dimidiũ ferè totius negocii,scimus esse sermonem de illis.Sed etiam post doctrinam de cœlestibus/ quam in duobus primis libris negocii tradidit,inchoans tertium proœmio utitur, continuationem libri seruans,& ostendens q naturale negocium circa corpora est,táquã eandem intentioné habentibus etiá duobus ultimis libris,& deinceps induxit hæc. {De primo quidem igitur elemẽtorum dictum est, & quale quid secũdum naturam,& quòd incorruptibile & ingenerabile , reliquum autem de duobus dicere} duo dicens coelementationem leuis & grauis.In proœmio autem meteororum scripsit hæc. {De primis quidem igitur causis naturæ,& de omni naturali motu,adhuc autem & de astris dispositis secũdum superiorem lationem,& de elementis corporalibus,quot & qualia,& de tráſmutatione inuicem,& de generatione & corruptione corporum,dictum est prius,in quibus patet, qđ post sermonem de naturalibus principiis,ut in hoc uidelicet negocio,neq; de mũdo ait dictum esse, ut Alexander putat,neq; de diuino & perpetuo corpore solo,ut posteriores expositorum,sed & de elementis corporalibus principaliter quot & quæ.Videtur igitur mihi planè Aristo.in his de cœlo, & de quatuor elementis quæ sub luna,sermonem facere.Vt autem non sit discerpta intentio,sed ad unum aliquid respiciens appareat,dicendum quòd post sermonem de naturalibus principiis, quæ sunt principia naturalium corporum,hic de simplicibus corporibus loquitur,quæ quidem à principiis naturalibus constant immediate,& partes uniuersi sunt.Quorum primum quidem est cœleste corpus,à quo táquá à digniori negocium intitulauit.Post illud auté,quæ sub luna sunt quatuor elementa compositorum corporum.De omnibus autem his táquá de primis & simplicibus facit sermonem,propter quod & elementa omnia uocauit,non quæ sub luna solum,sed & cœlum,quando dicit. {De primo quidem igitur elementorum} inquantum & ipsum est corpus simplex,quoniam non utiq; dicetur proprie elementum cœlum:neq; enim componitur aliquid ex ipso.Elementũ autem est ex quo primo componitur aliquid & in quod ultimum resoluitur.Et si non de mundo intentionem dixisset Alexander,sed de solis simplicibus corporibus,non utiq; dissentirem ab ipso. Si autem & de mundo diceret inquantum de simplicibus omnibus his quæ in mũdo,aut táquá in cœlo toto mundo contento,ut Iamblicus ait,sed non de toto mundo & de omnibus in ipso simplicibus corporibus,ut ipse scripsit,nihil dissentio,sicut neq; ad dicentes intentionem esse de cœlo,& si & isti secũdũ intellectum Iamblici inquantũ à cœlo & circũeuntibus in cœlo dependent, & quæ sub luna quatuor elementa.Sed Alexander quidem exponẽs literam,quæ paulopost principium, cuius est principium. {De uniuersi quidem igitur natura} planè in primo libro principalem ipsum sermonem dicit esse de toto mundo.secũdum autem habere sermones de cœlo,sicut tertium & quartum sermones de quatuor elementis.Quod autem de simplicibus & primis corporibus sit negocium consequens naturali auditu, de naturalibus principiis tractáti manifestat proœmium duorũ

primorum

primorum librorum inchoans, in quibus de cœlesti loquitur corpore. Et duos ultimos inchoans hoc ipsum iam tradidisse se dicit, quòd de natura scientia circa corpora est, & horum passiões & motus, tãquã primo de primis corporibus sermonem faciens. Propter quod à continuo principium doctrinæ mox in his facit. qđ quidem est genus corporis. ſm uero corporis doctrinam perfectissimam mox in principio tradit. Quæ autem de toto mundo dicuntur in his, ꝙ ingenitus & incorruptibilis, ꝙ unus & finitus, & sphæricus, & nihil extra se relinquens, neq; corpus, neq; uacuum, hæc cœlesti primo inexistentia, & per cœlum toti mundo, merito in sermonibus de cœlo, principaliter quidẽ ipsi cœlo dicuntur inesse. Aliqñ aũt memoria oritur quædam, & ꝙ toti mundo insint. Et non oportet propter hoc putare esse intentionem de mũdo, sed de simplicibus corporibus, quorum primum cœlum est, ex propriis bonis toti mundo largiens. intentio quidem igitur ista utiq; erit propositi negotii, à principalissimo quod in ipso, & à quo reliqua dependent, inscriptioné habens. ¶ Ordinem autem lectionis ipsius, & Aristoteles & huius expositores post naturalé auditum, merito determinant. Siue enim de simplicibus corporibus intentio sit, siue de ꝑpetuo & circulari corpore simplici existente præcedere quidem alia negotia debuit, in quibus de compositis & generabilibus & corruptibilibus est sermo, sequi autem doctrinam de principiis naturalibus. ¶ Diuiditur aũt negotium in ea quæ de diuino & circulari corpore, quæ quidem in duobus primis libris traduntur, & in ea quæ de elementis sub luna, de quibus duo reliqui conscripti sunt. In primo autem libro ostendit, ex simplicibus motibus ꝙ simplicia corpora sint quinque, scilicet circulare, & q̃tuor recti motus. Et ꝙ circulare neq; unum aliquod est de quatuor, neq; compositum ex quatuor, sed quinta quædam substantia exempta à quatuor & excellens. Demonstrat autem ꝙ hæc sit ingenerabilis & incorruptibilis, ex eo quòd generationes quidem & corruptiones sint ex contrariis & in contraria, & circulari corpori nihil est contrarium. Hoc autem ex eo quòd contrarium quidem, & motus sint contrarii, & circulari motui, non sit motus cõtrarius. Deinde cõsequenter quòd finitum sit magnitudine cœlum, & uniuersaliter quod sit impossibile esse corpus infinitum, & maxime quod mouetur. Demonstrat & ꝙ unum & nõ plures, neq; ĩfiniti multitudine sint cœli. Quibus assequitur incorruptibile & finitum esse magnitudine, & unum secundum numerum, ex omni naturali & sensibili corpore consistens, nullo relicto extra cœlum, neq; corpore, neq; uacuo. Post hæc autem sermonem de ingenerabili & incorruptibili resumens, ostendit quòd ingenerabile & incorruptibile est cœlum, & propter ipsum mundus. Et neq; generabilis quidem, incorruptibilis autem (ut quidam putant) neq; ingenerabilis & corruptibilis. Et iterum ad uniuersalius reducens sermonem ostendit ꝙ se consequuntur inuicem generabile & corruptibile. Si enim quid generabile, & corruptibile, & èconuerso.

ARISTOTELIS STAGIRITAE DE COELO LIBER PRIMVS.

Tex.1.



V AE de natura ſcientia ferè plurima uidetur circa corpora & magnitudines, & horum exiſtens paſsiones & motus. Adhuc autem & circa principia, quæcunq; talis ſubſtantiæ ſunt. Natura enim conſtãtium hæc quidem ſunt corpora & magnitudines. hæc autem habent corpus & magnitudinem. hæc autem principia habentium ſunt.

SIMPLICII PHILOSOPHI CLARISSIMI Cõmentaria in Primum Librum Ariſtotelis de Cœlo.

Com. p^m.



ROOEMIVM Intentionem negocii docet, & ordinẽ ipſius, quia ad naturalẽ auditum, eſt cõtinuũ. Quoniã enim illud de naturalibus principiis erat, oportebat poſt illud de his quæ à principiis, dicere. hæc autẽ ſunt corpora ꝓxime. & ſyllogizaẽ ſic. Scientia de natura, eſt circa natura cõſtantia. natura autẽ conſtantia, aut corpora ſunt, ſicut aqua, & lapides, & ligna: aut habẽtia corpora, ut plantæ & animalia. aut ſunt principia habentiũ corpora, ſicut materia & forma, & motus, & talia. Principiũ autẽ eſt & anima habẽtiũ corpora, ſicut animaliũ & plantarũ. Poſt ſermonẽ igitur de principiis naturalibus oportet de corporibus & de habentibus corpora docere. Et palã ꝙ in his plura corpora ſunt, & multiplex quę circa hęc theoria. etenim habẽtia corpora & principia habẽtiũ, ex corporibus & maxime à naturalibus cognoſcuntur. Quare ſcientia de natura ferè plurima eſt circa corpora, & paſſiones corporũ, hoc eſt, circa qualitates paſſiuas ſm q̃s patiunẽ & agunt. Et adhuc etiã circa motus ipſorũ: diuerſæ enim ſunt ſpecies motuũ, hæc qdem ſm locum, hæc autẽ ſm alterationem, hæc uero ſm augmẽtum & diminutionem. Dicatur autẽ nunc motus & generatio & corruptio. uidetur autẽ à paſſionibus ad motus, ut ad uniuerſalius proceſſiſſe. Motus enim qdam & paſſiones ſunt, niſi forte motus operationes dixerit, cõtradiuidẽs ipſas ad paſſiones. Qđ autem per media natura cõſtantia cõduxit ſyllogiſmũ, inſinuat hæc dictio {enim} cauſalis cõiunctio, cum dicit. { Natura enĩ cõſtantiũ, hęc quidẽ ſunt corpora &c. } Hoc autem {ferè plurima circa corpora } dixit, aut quia & circa habentia corpora, qđ quidẽ poſterius appoſuit, aut etſi & hæc cũ corporibus numerentur: quia & circa principia qđ quidẽ ipſum adiecit. Si autẽ & omnia hæc dicat aliquis cõprehenſa eſſe cũ corporibus, ſed qui de tempore & loco & uacuo ſermo, erit utiq; extra talia. Adhuc autẽ & qui de non naturalibus qdem, naturales tamẽ dubitationes habẽtibus, de qbus in principio de naturali auditu, in ſermonibus ad Parmenidẽ, & Meliſſum. ſed quoniã de natura quidẽ non, naturales autẽ dubitationes accidit dicere ipſos, & qui de hiis, igitur ſermo aliqualiter eſt extra corpora. Erit autẽ utiq; & ꝓpter philoſophicã reuerentiã appoſitũ { ferè. } Et ꝓpter hoc etiã forte appoſuit { uidetur. } Hoc autẽ { circa corpora & magnitudines } pro eodem ponunẽ idem ſignificãtia, niſi forte ſit oſtẽſiuũ huius, ꝙ omne corpus magnitudinẽ habeat, & non ſint indiuiſibilia uel impartibilia corpora ut quidã dixerunt. ⁋ Aut qa non de corporibus ſolum, ſed & de lõgitudine & latitudine naturalis diſputat inquãtum ſunt termini corporũ. forte aũt, quia de tempore & loco, ſm quod enim cõtinua & diuiſibilia, magnitudinẽ quidẽ habent & hæc, non tamẽ corpora ſunt. Totaliter autẽ ſi de cõtinuo eſt naturalis dicere, non autẽ omne cõtinuũ eſt corpus, ut ipſe poſt pauca dicet, bene ambo ꝓtulit. ſ. corpus & magnitudinẽ. ⁋ Alexãder tamẽ & ſignum huius qđ ex parallelo. i. pro eodem hæc ſint poſita, appoſuit hoc qđ non eſt aliqua magnitudo natura cõſtans pręter corpus. Quãuis & tempus (ut exiſtimo) & locus & motus lineaq; & planũ cõtinua exiſtentia & ſemp diuiſibilia, magnitudines quidẽ ſint naturales, corpora aũt non ſint.

Tex. 2. **Cõtinuum igitur eſt quod diuiſibile eſt in ſemꝑ diuiſibilia. Corpus autẽ quod vndequaq; diuiſibile.**

Magnitudinis autē quæ quidē in unū/linea, quę in duo/planū. quæ autē in tria, corpus. Et p̄ter has nō est alia magnitudo, propterea q̧ tria sint omnia, & ter vndequaq;. Quēadmodū enim aiunt, & Pythagorici, omne & omnia tribus determinata sunt. finis enim & mediū & principiū, numerum habēt eum qui omnis, hic autē eum q trinitatis. Propter qđ à natura accipiētes, tāq̧ leges illius, & ad Deorū sacra vtimur numero hoc. Assignamus aūt & appellationes hoc modo. Quæ enim duo/ambo dicimus, & duos ambos, oēs autē non dicimus. sed de tribus hāc prędicationē dicimus primū. Hęc autē quēadmodū dictum est, p̄pter naturā ipsam sic inducētem sequimur. ¶ T. 3 *Itaq; quoniā omnia oē & perfectū spē nō differunt inuicē, sed si differant, vtiq; in materia & in qbus dicuntur, corpus solū erit inter magnitudines p̄fectum: solum enim determinatū est tribus. Hoc autē est omne, trifariā aūt diuisibile existens vndequaq; est diuisibile. Aliarū aūt/hoc qdem ad unū, hoc aūt ad duo. Vt enim numerū adepta sunt: sic & diuisionem & continuationem. Hoc quidem enim ad unum continuum, hoc autem ad duo, hoc autem vndequaq. tale.*

Postquā ostendit circa corpora propositū uersari, & proculdubio circa simplicia primo, hęc enim sunt & naturalia primo, táquā primo in seipsis principium motus naturalis habētia, uolens diffinire corpus, p̄rimo definiuit continuū, sub quo est corpus, & aliæ magnitudines, dicens/q̧ continuum est omne diuisibile in semp diuisibilia, siue in unū sit diuisibile, siue in duo & tria. nam & linea & superficies continua sunt, & nō solum corpus, siqdem illa in unū contrarium & diuisile: hæc in duo, corpus uero undequaq;. Omniquaq; autē diuisibile & omniquaq; cōtinuū & dimensionatū corpus eē ostēdit ex eo: q̧ trifariam dimēsionatū, & trifariam diuisibile est. tria enim oīa sunt, & terquaq; est omniquaq;. Qđ autem terquaq; dimēsionatū existens corpus omniquaq; dimensionatū sit, ostēdit ex eo, q̧ non est magnitudo habens plures tribus dimēsionibus. Habēs igitur tres dimēsiones, omniquaq; dimēsionatū est. Idem aūt persuadetur à ternaria p̄prietate etiam: tria. n. omnia sunt, & dicunť, & qđ trifariam est, undequaq; est & dicitť. ¶ Et q̧ recte dicimus, ostendūt Pythagorici breuiter sic. Omne p̄pterea q̧ principium habeat, mediū & finem diffinitū est trinitatis numero, & fortassic etiā est perfectum, quia principiū habeat & medium & finē. Qđ. n. non omne deest ei aliquid, ut sit omne, & imperfectum est. Si autē hoc uerū, non necessario dicet quispiam rōcinatus est, omne/qa perfectū sit, ideo principiū habere & mediū & finem, etenim per ipm omne insunt hæc & perfecto. Fortasse autē conuertūtur hæc inuicē omne & perfectū, perfectū autem græce τέλειον dicitur ἀπὸ τοῦ ἔχειν τέλος. i. qa finem habeat, qđ uero finem habet, patet/q̧ principiū habet, & mediū. ¶ Bene igiť Alexā. à pfecto syllogizauit. Etenim Aristoteles in sequētibus à perfecto syllogizauit omne. Qđ autem tria oīa & perfecta, inde etiā ostendit, q̧ in sacris hoc numero utanť. ¶ Post omnia autē & ab usu nominū idem quodam quasi lenimēto p̄bauit. s. tria omnia eē, & terquaq; omniquaq;. Ex dictis autē ostēdit iterum q̧ corpus solū inter magnitudines, omniquaq; dimensionatū est, ut dictū est prius, & est perfectū solū, assumens q̧ omnia omne, & perfectū eadem sunt, quāuis fm subiectū aliquādo differāt. Quia oīa q̄dem de discreto quāto p̄dicātur (ut ait Alexāder). Omne aūt de cōtinuo, ambo autē de pfecto. Syllogizať autem sic. Corpus solū inter magnitudines terquaq; dimēsionatū est, & tribus determinatum est, qđ tale, perfectū est, & omniquaq; dimēsionatum. Est autem dignū notatu, q̧ p̄ter cōsuetudinem Aristoteles Pythagoricis insinuationibus ad ostensionem usus est. ¶ Dubitet fortasse quispiam qūo terquaq; dimēsionatum, omniquaq; dimēsionatum est? quoniā perfectus numerus, qui tria. ut enī numerus, sic perfectus, principiū habēs, & media, & finē. qūo autem pp hoc tribus dimensionatū, est omne & pfectum? siqdem aliquādo & aliis īdiget, nullus. n. habēs tres digitos, qm̄ habet tres, oēs habet digitos: neq; qm̄ hic tria sunt elementa, iā & oīa sunt. An siqdem tres sunt dimēsiōes, terquaq; dimensionatū, omniquaq; dimēsionatū est, táquā nō sit alia dimēsio? ¶ Fortasse igiť cū demōstrauerit trifariam dimēsionatū undequaq; esse dimēsionatū eo argumēto, q̧ nulla alia detur dimēsio, ideo argumentis tribus, fm p̄babilitatē usus est. ¶ Admirabilis uero Ptolemęus in unico libro de dimēsione, bene demōstrauit/q̧ non sunt plures tribus dimēsionibus ex eo, q̧ oportet dimēsiones determinatas esse: determinatas autē dimēsiones fm rectas p̄pendiculares accipi. Tres autē solas ad rectos inuicem angulos, rectas possibile esse accipe: duas quidē fm quas planū terminatur, tertiā autem quæ p̄funditatem mēsurat. Quare si qua erit post tertiā dimēsionem alia, immēsurata utiq; erit penitus & indeterminata. Non esse igitur in aliam magnitudinem transitum/Aristo. quidem ex inductione uidetur sumere. Ptolemęus autem demonstrauit. Cōmē. 2.

T. 4 *Quę igitur diuisiles magnitudines & cōtinuæ, hæ. An autē & continua omnia diuisibilia, nōdum*

manifestũ ex his, quæ nunc. Sed illud qdem patet, q nõ est in aliud genus trāsitio: quēadmodũ ex longitudine in superficiē, in corpus autē ex superficie. Non enĩ adhuc vtiq; talis perfecta erit magnitudo. Necesse enim fieri exitum secundum defectionem. Non est autem possibile perfectum deficere, Omniquaq; enim est.

Cōmē. 3. Cum diffiniuerit cõtinua esse diuisibilia in semper diuisibilia, & dixerit corpus omniquaq; diuisibile, notat (quod & in naturali auditu demõstratũ fuit) cõtinua diuisibilia esse, ex eo q non ex impartibilibus cõponantur magnitudines, sed nunc nõdum demõstratum est, demõstrabitur autem, Quòd autē diuisibilia/cõtinua, palam. Si enim quæ non cõtinua/diuisa iam & nõ diuisibilia sunt/diuisibilia palàm q continua sunt. Quare hoc q corpus diuisibile ens, cõtinuum sit, non addidit, sed neq; q oĩquaq; diuisibile sit. Hoc enim demõstratum est, nõ ex esse ɔtinuũ, sed ex nõ esse transitum ad aliud genus. Si enim esset non utiq; esset perfectum. Transitus enim secũdum defectum.

Particulariũ corporũ itaq; quę sub partis forme sunt unũqđq; tale est rõne. Omnes enim habet dimensiones, sed terminatũ est ad ꝓximũ tactu: ꝓpter quod mõ quodā corporũ multa unũquodq; est. Totum autē, cuius hæc partes, perfectum necesse est esse: & quēadmodum nomē significat omniquaq;, ad omnem partem, & non hac quidem: hac autem non.

Cōmē. 4. Cum dixerit corpus ẽm q corpus perfectũ esse dimensionatorũ, quia omnes habet dimẽsiones: quoniā & omnis & totus mũdus perfectus est, ne putet aliquis amborũ eandem dici spẽm perfectionis & omneitatis/merito hic diuisionē affert dicens, q corporũ alia sunt partes & cõtenta specie partis, uelut cœlũ/ignis/aer/aqua/terra. Aliud autē est totũ cuius hæc partes. & q de corporibus qdem quæ ut partes, omne & perfectum prędicatur ẽm rationem & diffinitionē corporis. quia corpus est quod terquaq; & omniquaq; dimensionatũ est. quatenus autē partiale est, & nõ omnia cõprehēdit, sed multa habet extra se, & à multis distinctũ est † tāgens ipsa, ꝓpter quod & multa est unũquodq; secũdũ ɔtactus multarum partium, ꝓpter hoc nõ est omne & perfectum subsistētia. Etenĩ habet ẽm hoc ad aliud trāsitum & propter hoc imperfectũ est. Omne autē & totum, cuius hæc partes, non secũdum corporis diffinitionem perfectũ est, sed quatenus continet omnia, & nihil extra ipsum est, neq; distinctum est ab aliquo contactu. Quare his modis omnibus perfectum.

Tex. 5. *De totius quidē igitur natura, infinitũ ne sit magnitudine/an finitũ tota mole, posterius cõsiderandum est. De ijs autē, quæ scđm speciem, ipsius partibus nunc dicamus, principiũ faciẽtes hoc.*

Cōmē. 5. Cum dixerit qũo perfectũ sit utrũq; corpus, & quod pars, & quod totũ, & q totum est qđ nihil extra se habet: sensit, hoc demõstrationem exqrere, & utrũ tāq̃ infinitum nihil habeat extra seipsum, aut tāquàm finitum. Fortasse autē & cõsequens uidere post sermonē de corpore natura simplici de uniuersi natura dicere, & tunc de partibus. sed quoniā sermonem de uniuerso (ut existimo) cũ sermone de cœlo cõiungit, qui enĩ cœlũ ostēdit finitũ, oñdit finitũ uniuersum: propter hoc, sermonē de uniuerso reiicit, & de ꝑtibus ipsius primo ꝓponit dicere quę sint, & quot. Hoc autē {infinitus ne sit magnitudine} bene dixit. quoniā & ẽm extensionē ipsius esse, & ẽm tempus infinitus est. ⁊ Alex. aũt ait. ipsi primũ esse de toto mundo sermonē, subsequi autem sermonē de perpetuo & circulari corpe, quem in scđo libro pertractat, & post hęc eum qui de q̃tuor elñtis, ĩ duobus ultimis tradi. quoniam autem ad sermonē de toto mũdo, q non sit infinitus/q sempiternus/q ingenitus & incorruptibilis, necessaria erant q̃ de circulari corpore dicũtur, primũ hoc ostendit/q sit aliquod tale corpus, & tunc docet ea, quæ de uniuerso. ⁊ Attendendum est autē in his q̃ de uniuerso dicũtur/q non infinitum/q sempiternum/q ingenerabile & incorruptibile, si principalr̃ de toto mundo dicta sunt, nec de cœlo dicantur, & oē habere hæc. etenim inchoans scđm librum & ɔcludens q neq; factũ est, neq; corrumpitur totum cœlum, & quod si de toto mũdo hæc diceret ob cœlũ/mũdum/hæc habere dicat, manifestauit ipse. ubi post pauca à principio scripsit sic. Propter quod bene sese habet, suadere sibi quēq; antiquos & maxīe patrios nostros sermones eē ueros: q est īmortale & diuinũ quiddā eorum quæ habent motũ, motum inquā talem, ut nullus, sit ipsius finis, sed potius ipse aliorũ finis sit etc. ut non multa transcribā. Secũdum speciē autē partes uniuersi/ait/quæ ẽm spẽm abinuicem differũt, cœlum/ignẽ/aerẽ/aquā/terrā. Hæc.n. sunt īmediate partes uniuersi. qm̃ & partes terrę & aliorũ uniuscuiusq; similares existentes/etiā uniuersi partes sunt, sed non īmediate, sed partiũ partes. Et hęc sunt q̃ ꝓprie non partes, sed particulę nũcupanł, īmediate igitur partes uniuersi hæc sunt, q̃ ẽm spẽm differũt.

Omnia

Omnia enim naturalia corpora & magnitudines scd̃m seipsa mobilia dicimus esse scd̃m locũ. naturam enim principiũ motus esse dicimus ipsis. Omnis aũt motus secũdum locũ quem uocamus lationem, aut rectus, aut circularis, aut ex his mixtus est. simplices enim hi duo sunt soli. Causa autem, quia & magnitudines istæ simplices, tantum sunt quæ recta, & quæ circularis est.

Inchoans sermonẽ de cœlesti corpore, & uolens ostendere, ꝙ perpetuũ sit. primo astruit ꝙ alterũ sit à quatuor elemẽtis. Huius autem ꝓbationẽ facit ex multis motibus naturalibus. si enim naturalia sunt naturalia habendo naturã, natura autẽ est principium motus: quę à naturali motu sumitur demonstratio, simul ex euidẽtioribus est, ut ab operationibus accepta, euidẽtiores enim substantiarũ sunt actus, simul & ex magis ꝓpriis, taq̃ ex causis. Aristo. aũt ad ꝓbationẽ eã q̃ à motibus accipit sex ista assumit hmõi ꝙ duo sint simplices motus, circularis, & rectus, ꝙ simplex motus sit simplicis corpis. & ꝙ simplicis corporis, simplex sit motus, ꝙ unus motus unius sit, fm naturã ꝙ unũ uni sit otrariũ. & ꝙ cœlum circulo mouetur, ut sensus ostendit. ¶ Harũ aũt suppositionũ, & Plotinus ĩ libello de mundo meminit uolens enim fm Platonem ostendere perpetuitatẽ cœli, ait. Aristoteli si quidẽ nullus labor est, si quis ipsius suppõnes de quinto corpore suscipiat (has dicens.) quia his ita se habẽtibus. sequitur perpetuitas fm numerũ, sed & Plato aliam uidetur subãm assignare cœlo. Si enim specifica quinq; elemẽta, quinq; corporũ putat & figura duodecim basium descripta cœlo attributa est, qđ oẽ appellat id ꝙ aliud ẽ à pyramide & figura octo basiũ & uigĩti basiũ & cubo: palã ꝙ & fm ipm aliud ẽ fm subãm. ¶ Et ꝙ etiã Plato diffinit qnq; eẽ simplicia corpa fm qnq; figuras, sufficit Xenoctates ꝑcipuus auditorũ ipsius, q in libro de uita Platonis scribit hęc. Aĩalia igiẽ sic diuisa sunt, in ideas & partes, oĩmodo diuidens quousq; ad qnque elñta pertingeret, quæ utiq; quinque figuras & corpora nominauit, ętherem, ignem, aquã, terrã, & aerem, quare & duodecim basium figura simplicis corporis, fm ipsum fuit. s. cœli, quẽ ęthera uocat. si autem ex igne cœlũ constare dicat, id ex lumine dicit. etenim lumen, ignis spẽm ait. astra aũt ex q̃tuor, non his q̃ in generatione posita sunt elñtis, sed ex igne qdem, quia luminosa, ex terra aũt quia resistẽtia sensui, & ex mediis qa media. Si igiẽ & Arist. confitetur uisibilitatẽ ipsorũ & tangibilitatẽ, neq; utiq; ipse abnegabit, ex his summitatibus ostare cœlestia, in qbus & ꝑfectio elñtorũ est. uult enim cœlũ ubiq; à quatuor q̃ sub luna & recte mouenẽ, & imperfecta sunt, alienum esse. Similiter aũt & si simplex ipsum dicit, uerisimile est, ipsum abnegaẽ cõpositionem, ex his. quod autẽ animatum ipm & aĩal dicat, docebimus, & ꝙ animalia uult habere corpora cõposita, qđ autem nõ solum sint naturalia corpora, sed & fm locũ maxime mobilia, palàm est ex eo ꝙ motus fm locũ est quidem primus motuũ, oĩbus modis prioritatis, ut ostẽdit in ultimo de naturali auditu. natura aũt quæ est principiũ motus primi maxime naturaliũ motuũ pricipium est & causa. Diuidens autẽ naturales motus, hos qdem simplices ait, hos autẽ nõ simplices. Ostẽsio aũt ꝙ sint simplices habeẽ in prõptu, eo ꝙ simpliciũ corporũ simplices sunt motus, & ꝙ simplices qdem qui circulo, & qui in recta, palã. neuter enim ipsorũ ex diuersis cõponitur. Qđ aũt hi soli motus sint simplices, ostendit ex suppõne linearũ, omnis enim motus fit super aliqua lineari extẽsione. Si igitur simplices lineæ sunt duæ solæ, & simplices motus duo soli. Nõ supposuit autẽ ut effectiuas causas motuũ magnitudines, sed ut materiales, & ut habentes rõnem, sine qbus non essent, ut ait Alexã. Et omni quidẽ motu existente, ĩpossibile nõ esse magnitudinẽ, magnitudine autẽ existẽte, nõ necesse est motum esse qđ quidem materiæ cõuenit. ¶ Attendere autẽ oportet ꝙ & figura suppositæ magnitudinis est causa aliquãdo motus corporis. ¶ Xenarchus autẽ multis eorũ quæ hic dicunẽ cõtradicẽs, in libris scriptis ab ipso de qnta essentia, otradixit & ad hæc. neq; enim inquit hæ solæ magnitudines simplices sunt, recta & circularis simplex enim est & linea: q̃ helix dicitur. i. reuolutio, & circũductio cylindri, quia omnis particula ipsius omni æq̃liter adaptatur. Si autẽ est magnitudo simplex præter duas, erit utiq; & motus simplex ꝑter duos, & corpus simplex aliud ꝑter quinque qđ moueẽ motu illo. ¶ Ad Xenarchũ aũt Alexander obuiat duplr̃. primo quidem ꝑ antiparastasim. ocedens enim simplicem esse reuolutionem cylindralẽ, dicit: ꝙ non tanq̃ causas effectiuas motuũ, magnitudines ꝓposuit Aristo. Non enim si simplex corpus simplici motu moueẽ per simplicẽ lineã, iam & per oẽm lineam simplicẽ, simplex corpus mouetur simplici motu, qđ quidem Xenarchus uult. Fortè aũt ualidior est obuiatio Arist. dicẽtis. cã est, ꝙ magnitudines hæ solũ sunt simplices. s. recta & circularis. quãuis enim materiales cãs ipsas dicat, necesse est alia magnitudine exñte simplici, esse & aliũ simplicẽ motum, sed solas has simplices esse magnitudines planè euertit, dicere plures motus eẽ duobus Melior igitur responsio Alexandri scđa, dicẽtis, ꝙ nõ simplex linea est sup qua cylindrũ reuoluitur, siqdem ex duobus motibus dissimilibus generaẽ, circulari & recto. recta enim circulr̃ super supficiem cylin-

dri circunducta,& signo aliquo in recta regulariter moto,generaẽ cylindralis reuolutio,sicut & ipse Xenarchus cōfitetur, scribēs ita.sit aliquod tetragonū,& hoc circūducatur manēte uno latere quod sit axis cylindri:super hāc aūt parallelā circūgiratam feraẽ aliquod signū,& inæquali tēpore signum hoc pertranseat hanc lineā,& ipm parallelogramū in idem restituaẽ iterum,unde incepit ferri:facit enim parallelogrāmū quidē cylindrū,signum autē circūlatum sup rectā helicā.i.reuolutionē,& hāc ut ait simplicem lineā:quia similiū partium. Sed & si similiū partiū sit,nō est simplex. simplex enim linea est semper homœomera.i.similiū partium,q̄ autem homœomera,nō semper simplex,si non & eiusdem speciei fuerit.etsi à motu fiat unius spēi,unius spēi existit & hæc.magis autē una.etenim reuolutio motus solaris q̄ fit à duobus circularibus.s.à motu solis in zodiaco, & ab octaua sphæra,q̄m circa diuersos polos uterq̧ fit,mixtā habet naturā ¶ Adhuc autem ait Alexāder.simplices motus,s̄m habitudinem ad mediū uniuersi,habent q̧ sint simplices.Hic enim circa mediū,hic autem à medio, & ad medium,reuolutio autem talis non est.

Circulo igitur est qui circa mediū.rectus aūt qui sursum & deorsum. Dico aūt *sursum qui à me*
t 6 *dio:deorsum aūt qui ad mediū.Quare necesse est omnē esse simplicem lationē, hanc qdem à medio, hanc autem ad mediū, hanc uero circa medium.* Et *uidetur consequi secūdum rationem hoc ijs quæ à principio dicebamus,etenim corpus perfectum est in tribus,& motus ipsius.*

Cōmē. 7. Cum dixisset duos eē simplices motus,rectū,& circularē,diffinit utrūq̧, circulo quidē dicēs eum qui circa mediū uniuersi.quod quidē per ea q̄ subiūxit ostēdit,ut ait Alexander {circa mediū} dicēs. Quare motus corporū,qui nō fit circa mediū uniuersi,nō est simplex circularis. habet enim aliqualr & sursum & deorsum,unaquaq̧ parte aliquādo sursum, aliquando aūt deorsum uergente.Rectos autem motus simplices,ait,hūc qdem sursum,hunc autē deorsum.& horū utrūq̧ explanās, sursum quidem eum qui à medio nominat,deorsum autem eum,qui ad mediū.Et q̧ idem mediū in circulari & in rectis accepit,manifestauit dicens.{Quare necesse est oēm eē simplicem lationē}etc.Voluit autem s̄m unam habitudinē ad medium oēs assignare.& qui in dextrā autem & sinistrā,& qui ante & retro,quādo fuerint simplices,aut sursum fiūt,aut ad mediū.Motus enim aīalium nō adhuc simplices,secūdum inflexionem & extēsionem mēbrorum facti.quare & qui ad latera simplices sursum & deorsum rectæ insistunt.¶ Sic quidem igitur Alexan.fortè autem qui in dextrā & sinistram, ante & retro,non est corporum simplicium scdm naturam, sed animalium habentium dextra & sinistra, & ante & retro.Terra aūt & aqua aut aliqd aliorum, non moueẽ tali motu,nisi ui, ꝓiecta aut pulsa, aut à multis tracta. Assumens autem ex euidentia,duas eē simplices lineas.s.rectam & circularē,& q̧ simplices motus fiant s̄m simplices lineas,syllogizauit ita.Simplices motus,s̄m simplices lineas fiūt. Qui s̄m simplices fiunt lineas,fiunt s̄m rectā,& circularem.Et ɔclusio est manifesta.Deinde rursum similiter euidens accepit,q̧ in sphæra determinata maxime recta est,quæ à cētro ad circūferētiā,quare & qui s̄m rectā in sphæra determinata motus duo,hic sursum qui est à medio,hic aūt deorsum q̄ est ad medium.Tres ergo sunt simplices motus,habentes habitudines ad mediū,hic quidē à medio, hic autem ad mediū,hic uero circa medium.Quæ autem s̄m rationem dicta cōsequentia huius.s. tres esse motus & terquaq̧ dimensionatum esse corpus,uidetur mihi esse extra diligentiam Aristotelis,nisi aliquis ostenderit ꝓportionem aliquam rōnis motuum ad dimensiones.

t 7 *Quoniā autē corporū,hæc quidē sunt simplicia, hæc autē cōposita ex his.(dico aūt simplicia quę cūq; motus principiū habent secūdū naturā utputa ignem & terrā,& horū species, & cognata his,) necesse est & motus esse,hos quidem simplices,hos autem mixtos aliqualiter.Simpliciumq́; simplices, mixtos autem compositorum.Moueri autem secūdum prędominans.*

Cōmē.8. Confirmata prima suppositione quę dicebat,q̧ tres sunt simplices motus qui à medio,qui ad medium,& qui circa medium,trāsit ad secūdam & tertiā,ostēdens q̧ simplicis corporis sit simplex motus,& q̧ simplex motus sit simplicis corporis.Ostendit aūt ipsas diuidens sic prius motus in simplices & mixtos,postea corpora,in simplicia & cōposita.& diffinitis simplicibus corporibus assignat cōuenienter simplices motus,simplicibus corporibus,mixtos aūt compositis:etenim oīs motus q̄ s̄m locum corporis alicuius est. Simplicia autē corpora dicit,quæ habent principiū motus s̄m naturam. Principiū siqdem motus habent,& animalia,& plātę,sed nō eius qui s̄m naturā,sed eius qui s̄m animam. ꝓpter quod & alias aliter mouenẽ.cōposita enim nō remāserunt in similaribus partibus, sed & organicas acceperūt,tāquā habentia aīam organo utētem corpore.Natura aūt est principium motus simplicis

tus simplicis: ꝓpter qđ & habētia naturā, solum habēt simplicem motū. Quæ autē sint hæc, subiūxit dicens { utputa ignē & terram, & horū species & cognata his } Species terræ dicens arenam & lapides, & terram argillā & albam, & nigrā, & talia. Ignis aūt spēs sunt carbo/flāma/& lux/ut ait Plato. ¶ Bene autē & sic Alex. exposuit. Dicens. n. ait. { utputa ignem & terrā } adiecit hoc { & horū spēs } ac si uniuersalr oēm ignem, & uniuersalr oēm terram, nō hanc aliquā solum, sed simpliciter spēm ignis & terræ, fm φ ignis est & terra Cognata autē sunt igni aer/terræ aqua, & si qđ aliud simplex, ut apparebit quintum corpus: naturale. n. est & hoc. Si autem corporū naturaliū (ait Alexā.) esse/est in se hr̄e principium motus in seipsis: et horū/hæc quidem simplicia sunt, hæc autē ex his cōposita: cōsequens est simplicium corporū/simplices esse motus, cōpositorū autem cōpositos. Fortè autē diligentius dixit Aristo. simplicia corpora quæcūq; habēt principiū motus fm naturā, tāquā cōpositis fm qđ composita nō habentibus fm naturā principiū motus, sed fm aīam. Propter qđ & partes organicas obtinuerunt. Est aūt simplex motus & unus, simplex enim motus simplicis corporis est: simplex autem corpus/si uere est simplex, unius motus principiū habet in seipso: si. n. habebit principiū multorum motuū/& simpliciū, non adhuc simplex erit, sed ex tot compositū, quot motuū principia habet: etenī cōpositum hoc à simplici differt. s. in habēdo in seipso principia multorū simplicium motuū. unus aūt motus non semp simplex, motus siqdem aīalium (ut existimo) unus ꝓpric nō est, cū fiat fm extēsionem & inflexionem mēbrorum, obliquus aūt motus qualis discurrētium siderū est, unus qdem est, sed nō simplex. Ex eo. n. qui sursum & deorsum, cōsistit: & qui fm helicā lineā componit̃ ex recto & circulari: mixtos autē aliqlr dixit Alexā. motus dictos eē, qa non sic (inqt) motus est/ut corpa, corpora siqdem subsistunt & simul sunt inuicem simplicia in mixtis: in motu autē non expectat prior secūdum, ut possimus nos dicere, hūc mixtum esse huic. Fortè autē in mixtis fm partē, utputa in extēsione & inflexione membrorū/uerū est φ prior motus non expectat scdm. tamē in obliquis motibus in quibus mixtus est ascensus descensui, fm unā ideā, non adhuc est uerū (ut existimo) & in his q fm helicam, sed uerbū { aliqualiter } scdm φ cōueniens est motui, magis recipiendū, cōpositus autē corporum motus naturalis scdm p̄dominans fit: etenim corpus humanū siquis ꝓiecerit, deorsum fert̃, quia p̄dominatur in ipso, quod terrestre. Apposuit autē Arist. utputo { moueri autē fm p̄dominās } aspiciens ad quatuor hæc apud nos uocata elemēta, quæ qdem nō sunt ꝓprie simplicia, sed fm p̄dominans mouent̃ simplicibus motibus, neq;. n. utiq; erunt simplicia in locis segregatis, siqdem ad cōpositionem uniuersi facta sunt. Fortè autē & cœlū cōpositum est ex summitatibus q̄tuor elemētorū siquidem uisibile & tāgibile est, nempe p̄dominante in ipso summitate ignis. simplex aūt & ip̄m dicitur, sicut & quatuor hęc simplicia, ad cōparationem compositorū: omne. n. corpus qđ mouet̃ simplici motu aut simplex est: aut fm aliquod simplicium in ipso p̄dominans mouet̃ hoc motu. quod si hæc uera sunt, & si compositū est quod circulo mouetur fm aliquod in ipso simpliciū p̄dominans, hoc simplici motu mouet̃. cōpositum. n. simplici motu mouet̃, non fm quod cōpositum.

Siqdē igitur est simplex motus, est φ eius qui in circuitu fertur corporis motus, simplex et corporis simplicis, simplex est motus: & simplex motus, simplicis corporis. etenim si compositi fuerit, secūdum simplex prædominans erit. Erit igitur necessariū esse aliquod corpus simplex quod natum est ferri circulari motu secūdum suiipsius naturam.

Cum ostendisset circularem motū simplicē esse, ex eo quod magnitudo sup quā fit, est simplex, & ostendisset etiam φ simplex motus simplicis corporis est, & simplicis corporis/simplex motus, syllogizauit iam ita. Quoniā circularis motus simplex est, simplex aūt motus simplicis corporis, & simplicis corporis, simplex motus: necessariū igitur est eē aliquod corpus simplex, qđ natum sit ferri circulari motu fm suam naturā: sed antecedēs uerū est, ostensum est enim, cōsequēs ergo. ¶ Vt autem/ait/Alexan. merito nō hypotheticæ ꝓposuit, si simplex est circularis motus. sed sub ↄtinuatiua particula usus est, { siqdē } qm̄ p̄ostēdit oīa fundamenta. Fortè aūt & { siquidem } est hypotheticū non ęqualēs huic, qm̄, etenim ip̄m quidem ipsi/si/hypothetico appositū, non augmētat potentiā ipsius, sicut neq; quoniam sub cōtinuatiuo, hypotheticæ aūt ipsum ꝓduxit fortè ꝓpter reuerentiam p̄hicam. palàm est autem φ hypotheticæ assumptiones demonstratę categoricę quoq; produci possunt, sicut & hic, circularis motus simplex est, simplex motus simplicis corpis est. circularis ergo motus, simplicis corporis est. est ergo simplex corpus quod circulari motu mouetur scdm naturam. Côme. 9.

Violentia siquidē cōtingit eo qui alterius, & alterius, scđm naturā autē impossibile. siquidē est vnus vniuscuiusq; motus, secūdum naturam simplicium.

Com. 10. Cum ostendisset esse aliqđ corpus simplex, quod natū est ferri circulari motu fm suam naturā, ↄsequenter ostendit ꝙ nullum ipsorū quatuor est, qđ circulari motu mouetur, neqꝫ fm naturam, neqꝫ preter naturā.& ꝙ quidem non fm naturā,ostendit sic.Si unus est uniuscuiusqꝫ simpliciū corporum,qui fm naturā motus,simpliciū enim simplex est motus, simplex autē est unus:palā ꝙ & q̄tuor elementorū uniuscuiusqꝫ existentis simplicis,simplex & unus est motus fm naturam.Si igitur rectus est ipsis fm naturā motus,palā quod circularis nō utiqꝫ erit ipsis fm naturam,sed si fortè est, uiolentus ipsis est.uiolentia si quidē contingit per alterius & alterius esse motū eundem,aut uiolētia cōtingit cum alterius motu aliquid moueť & non uno solo,sed & altero.Ignē enim cōtingit ui & deorsum,& circulo moueri, fm naturam autē impossibile,ē alterius motu moueri, siquidē uniuscuiusqꝫ unus est motus fm naturam.Sicut autē ostendit prius ꝙ & si cōpositum sit aliqđ motum circulari motu,qm̄ simplex est huiusmodi motus,fm aliquod simplex eorū quę in ipso prędominanť mouetur. sic nunc ostendit,ꝙ & si uiolentia aliquid moueatur circulari motu, semper est aliquid quod mouetur ipso secundum naturam.

Adhuc si motus p̄ter naturā,cōtrarius est ei qui scd̄m naturā,& vnū vni cōtrarium:necesse/qm̄ qui circularis est,simplex est,vt si nō sit scd̄m naturā lati corporis p̄ter naturam ipsius esse.Si igitur ignis/aut aliud aliquod taliū est in circuitu latū,cōtraria quæ scd̄m naturā ipsius latio/erit ei qui in circuitu,sed vnum est vni cōtrariū,quæ aūt sursum & deorsum inuicē cōtrariæ.Si autē alterū aliquod est corpus latū circulariter p̄ter naturā,erit aliquis ipsius alius motus scd̄m naturā,hoc aūt impossibile.Siquidē qui sursum/ignis erit aut aer,si aūt qui deorsum/aqua aut terra.

Com. 11. Cōsequenter ostendit ꝙ si non fm naturam insit alicui ipsorū quatuor, motus circularis, attamē supponatur inesse:necesse est p̄ter naturam ipsi inesse.si igitur ostēsum fuerit,ꝙ non fm naturam,cōcluditur ꝙ nullatenus insit.ꝙ igitur si nō fm naturam, p̄ter naturam insit,ostendit ex eo ꝙ ei quod fm naturam est,cōtrarium est id quod p̄ter naturam.non p̄sente igitur eo qđ fm naturam, necesse quod p̄ter naturam inesse:& hoc esse, & nō aliud cōtrarium. Non enī est iniusta natura, uni multa opponēs.eo igitur quod fm naturam non p̄sente, præsens est ipsum quod cōtrariū, & p̄ter naturā, siquidem ei quod fm naturam:cōtrarium est qđ p̄ter naturam,& unū uni cōtrariū. Miro autē mō cām dixit huius,si nō fm naturā,insit motus circularis p̄ter naturā ineē,necesse est,eo ꝙ ipse sit simplex.si enim nō esset simplex: poterant neqꝫ cōtraria esse,neqꝫ p̄ter naturā,sed solum non fm naturā. nāqꝫ quod simplici motu mouetur, necesse est aut eo qui fm naturā, aut eo qui p̄ter naturā motu moueri:aut aliquo intermediorū, qui nō est simplex.Qđ autē p̄ter naturam nullū quatuor elemētorum circūferatur,ostēdit rursum utens hoc,ꝙ unū uni cōtrarium est.si enī igni fm naturā qui sursum motus:ei autē qui sursum cōtrarius est q deorsum,& unū uni cōtrariū,non utiqꝫ erit ignis circularis motus,neqꝫ fm naturā neqꝫ p̄ter naturam,ꝓpter eandem autē causam,neqꝫ alicui triū. ꝙ aūt neqꝫ alicuius alterius simplicis p̄ter naturā est circularis motus,ostēdit ex eo ꝙ oporteret esse illius aliquem motum fm naturam,simplicē simplex cū sit,simplices autē sunt motus q sursum & q deorsum soli,quorū si aliquo moueret,unum aliqđ ipsorum q̄tuor esset, & nō aliud. Duobus autē existentibus simplicibus motibus sup recta.s.qui sursum & q deorsum, nō sola duo facta sunt elemēta recti motus sed q̄tuor.causam autē in sermonibus de graui & leui dicet ipse. qa graue quidē simpl'r est terra.leue autē simpl'r ignis.qa illa qdem omnibus subsistit,hic autē oībus supernatat,aer autē & aqua ambobus cōicant, grauia enī & leuia sunt, nō ad idē autē: q̄propter etiā ꝓprie simplicia elemēta sunt ignis & terra.¶ Sciendū autē ꝙ Ptolemæus in libro de elemētis, & in p̄spectiua, & Magnus Plotinus,& Xenarchus in dubitationibus aduersus qntam essentiā,motum dicunt sup recta linea elementorum esse dum fiunt adhuc,& sunt in loco p̄ter naturā,& nōdum eum q fm naturā cōprehenderunt:quibus & Aristo. uidetur consentire in quarto huius, dicens ꝙ ferri ad ꝓprium locū ē ferri ad ꝓpriam formam,& in eo q de generatione,& Alexāder in his,ut diceť. Nā si appetentia ꝓpria loca,& ꝓpriam totalitatē,moueně ab alieno loco,& à dispōne quę p̄ter naturā,palā est ꝙ nō fm naturā se habentia p̄fecte mouētur,sed ut aiunt p̄dicti uiri,Ptolemæus/Xenarchus & Plotinus/fm naturā se habētia & in ꝓpriis locis existētia elemēta,aut manent,aut circulo moueně. manet siquidē terra uidelicet & aq̄,& aer illis ꝓximus,circulo autē mouetur ignis,& aer q facile ductilis est,cū cœlo,circūuoluta ꝑ ipsorū cōuenientia. si igitur hoc uerum est,& ipse etiā Aristoteles in meteorologicis dicit hypercauma circulo moueri,argumentū capiens à cometis,& ab aliis apparentiis,quæ consistunt in ipsis orientibus & occidētibus cū astris,quo mō Aristo.in his aliquo modo à motu p̄ter naturā eorum quæ sub luna sunt,corporis cœlestis excellētiam & eminētiam ad ipsa conatur ostēdere?sed hęc

dubitatio tãquã à Xenarcho ꝓposita paulo post soluetur. ¶ Nũc autem dubitandũ, q̃uo neq; ignem neq; aliud aliquod ipsorũ quatuor dicit circulariter ferri, neq; ſm naturam, si unus uniuscuiusq; secũdum naturã est motus super rectam autẽ motus horum, neq; ꝑter naturam si unũ uni cõtrariũ: cõtrarium autẽ est ei qđ sursum id qđ deorsum, sed non ei qđ circulo. Attendere autẽ dignũ ne forte hoc nõ dicat Aristo. nullum quatuor elẽtorum, circulo moueri simplr, sed neq; ſm naturam, neq; ꝑter naturã. demõstratum est. n. q; sit aliquid aliud qđ circulo mouetur ſm naturam, quod neq; est ignis, neq; aliud aliquod q̃tuor elẽtorum. si eñi ignis supponatur, neq; ſm naturã utiq; habebit hũc motum, motus. n. ignis est super recta, unus autẽ uniuscuiusq; motus est ſm naturã, non tamen ꝑter naturam: motus. n. ꝑter naturam ignis est deorsum, unũ autem uni cõtrarium. & q; quidẽ nullũ quatuor elemẽtorum est quod hoc circulari motu moueať sic demonstrauit. Quòd autẽ neq; alicuius alterius corporis est hic circularis motus, qđ mouetur ipso ꝑter naturam, simplici existẽte, ostẽdit ex eo q; oportet & illud etiã ſm naturã habere aliquẽ motũ simplicem. Et palã q; ultra rectum & circularem nõ est alius simplex motus. quare iterũ erit utiq; aliqđ quatuor elemẽtorũ, qđ quidem impossibile. hæc igitur habeãt aliquam rõnem. sed si circulariter mouetur ignis, etiã ſm Arist. utrum ſm naturam illo motu mouetur, aut ꝑter naturam? nã si ſm naturã, non amplius unus unius est motus secũdum naturã, si autem ꝑter naturam, nõ amplius unũ est uni cõtrarium: igni n. ꝑter naturã est motus deorsum. Fortè igitur circularis motus igni, neq; ſm naturam est tãquã ꝓprius, siquidem cũ firmamento circũfertur: neq;. n. planetis ſm naturã est ab oriente motus, neq; ꝑter naturã, tãquã cõtrarius ei qui ſm naturam: talis. n. est nociuus & nõ permãsiuus, sed alter qdem ꝑter eum qui ſm naturam tãquã existens alicuius melioris ꝓualentis. Et fortè ꝓpter hoc etiã Aristo. nõ dixit q; ꝑter naturam cõtingit eum qui alterius est & alterius esse, sed uiolentia: est. n. uiolentia utilis, quæ nõ ꝑter naturam, sed supra naturã dicetur. ¶ Sed merito interrogabit nos aliquis, si motu circulari posito alieno & supra naturam, totalitas ignis mouetur: habet ne aliquẽ ꝓpriũ motum ſm naturam, an sicut terra & aqua, in seipsis quiescunt, sic superiora elemẽta ꝓprium locũ assecuta. Dico igiť q; inclinatio etiam totius ignis ad cœlum est, sicut terræ ad cẽtrum. perfectius tamẽ in sequentibus diceť, ubi dicet Aristoteles ad idẽ ferri totum & partẽ. ¶ Xenarchus autẽ scdam dubitationem in dubitatis circa quintam essentiã post dubitationem de simplicibus lineis, cõtra hoc q; simplicis corporis, sit simplex ſm naturã motus, instat. Ait enim nulli q̃tuor elemẽtorum iã existenti, ſm naturã est qui fit sup rectam motus, sed ei soli quod est in fieri. qđ autẽ fit, non est simplr, sed inter esse & nõ esse, sicut & qđ mouetur: etenim hoc est in medio, inter locũ assumendũ & ꝓhabitum. & est generatio cognata motui, transmutatio q̃dam existens & ipsa, & ꝓpter hoc ignem qui sursum fertur nõ dicimus ꝓprie eẽ ignem, sed ferri, donec ꝑueniat in proprium locũ, & cum supersederit aliis, & quieuerit, tunc factum esse ignẽ ꝓprie, specificatum. n. esse ipsum, ſm quod est leuis positione hac, & terra tunc proprie est terra, quando substiterit aliis, medium autẽ cũ obtinuerit locũ, aqua & aer, aqua quidẽ quando supersederit terræ, substiterit autẽ aeri, aer autẽ quãdo supernatauerit aquæ & substiterit igni. ait igiť, hoc scilicet q; simplicis corporis sit simplex ſm naturã motus, falsum est: ostẽsum est enim q; nõ existẽti, sed ei qđ est in fieri, accidens est motus. si ergo oportet & iam existẽtibus assignare aliquẽ motũ simplicem, circularẽ assignare oportet, siqdem hi duo soli simplices sunt circularis & rectus, qui autẽ rectus est, fientiũ est, non existentiũ quatuor. nõ igitur inconuenienter assignabit quis igni circularẽ, tribus autem aliis quietem. ¶ Hanc dubitationẽ soluens Alexã. ait, qđ non penitus perfectis existentibus, existit qui in recta, cõfitente hoc Aristo. in his quæ de generatione, sed & hic cõfitetur etiã dicẽs, q; impossibile erat, non esse aliqđ in ipsis potẽtia. motus. n. est actus eius quod ẽ i potẽtia, & q; pfecta oĩno tũc sunt, qñ fuerint in propriis ſm naturam locis. Indigere autem, ait, sursum moueri non ad hoc ut sit ignis, sed ad hoc ut existẽs iã ignis sit in ꝓprio ſm naturã loco, ad quẽ ferť, & in aliis silr. Qđ. n. ait, iã ſm spẽm pfectis ꝑdicti motus ſm naturã isint, palã est ex eo qđ si qs deorsum in quo iam terra existẽs, actu ẽ terra, eleuatã dimiserit terrã, deorsum ferri silr, ablata. n. à ꝓprio loco, nõ cessat eẽ qđ ẽ. Adhuc aũt, ait, si grauis ẽ terra, ignis aũt leuis, ſm naturã aũt sunt his tales motus, nõ euertiť sermo, nisi forte leue diffiniat aliqs non qđ sursum ferť, sed qđ sup oĩa residet, & graue nõ qđ deorsum ferť, sed qđ oĩbus subsidet. Nã & Platonis Timæus demõstrauit qđ sursum & qđ deorsum ad aliqđ magis eẽ q̃ ſm se. Si. n. cõfiteť & Aristoteles, qđ ad ꝓpriũ locũ ferri est ad ꝓpriam speciẽ ferri. & Alex. quod penitus pfectum est in ꝓpriis qescere locis, illorũ maxime diffinitiones oportet assignare. sed q uult ex motibus argumentari, nõ indiget his diffinitionibus. Fortè igiť cõcessit & Aristoteles eũ q in recta motũ, esse imperfectiorũ & indigẽtium elementorũ, & existentiũ in generari & corrũpi, uolens autẽ ab his separare cœlestia à motu argumẽtatus est, ostẽdẽs illis qdem inesse motũ congruũ generationi & corruptioni, cœlesti autẽ motum susceptiuũ æternitatis. ¶ Dubitat autẽ iterũ Xenarchus,

non necessariũ esse dicens si simplicibus & naturalibus corporibus natura assignauit simplices motus ꝓprios & cognatos, ꝓpter hoc etiã simplicibus motibus assignari simplicia naturalia corpora, neq; eni cõposita cõpositis assignauit, fuisset eni ipsorũ multitudo infinita, infiniti eni sunt cõpositi motus. ¶ Ad hãc dubitationẽ existimo dicẽdũ ꝙ cõpositis motibus assignata sunt corpora naturalia cõposita, nõ eo qđ infinita sint: neq; enim cõpositi motus sunt infiniti speciebus, nisi in eo qđ iterũ & iterum sint sicut corpora. quãuis enim unũquodq; corpus cõpositum multis cõpositis motibus moueatur, non tamẽ infinitis specie, sed numero, ſm quod infinita sunt: nõ enim ɔtingit infinita esse numero quæ mouẽtur nisi fortè & ipsa, eo qđ ad infinitũ. ¶ Alexã. autẽ hanc, siue Xenarchi instantiam aliter suscipiẽs, siue alterius memorãs uidetur mihi obuiare ad talem, si cõpositũ factum unum est, unius autem unus motus: idem erit motus simplicis & cõpositi: unus enim est simplicis. Soluit igit̃ Alexan. dicẽs, unus est cõpositi etiam si non simplex, qui enim simplex est, & unus: qui autem unus non semper simplex, neq; enim corpus unum simplex est etiam. quare & compositi, unus quidẽ, sed non simplex, si autem & simplex, non ut cõpositi, sed ſm prædominans: in cõposito enim plura sunt motus principia, ꝓpter quod & cõpositi. Sunt autem & hæc Xenarchi. ponere autem duas esse simplices lineas, circularem & rectã, quatuor autem terræ & aquę, aeris & ignis, unũquodq; proprie ſm naturam habere motum eum qui in recta, quid prohibet, & horum suppositorum, ſm naturam eẽ & circularem, alicuius, aut aliquorũ, aut & oĩum ipsorum, neq; enim & hoc supposuimus unũ esse motum uniuscuiusq; ſm naturam. Est autem neq; possibile supponere, falsum enim est manifeste: utrũq; enim eorũ quæ in medio, habet ſm naturam duos motus, aqua. n. ex terra qdem sursum fertur ſm naturã, ex igne autẽ & aere ad contrarium, & aer deorsum qdem ex igne, sursum autẽ ex aq̃, sed ꝙ supposuimus unũ esse simplicium motuũ ſm naturam, palã est dicente Aristo. uiolẽtia. n. cõtingit, eo qđ alterius & alterius, ſm naturã autẽ impossibile, siquidẽ unus uniuscuiusq; motus simplicium qui ſm naturã. Quòd autem media elemẽta duorũ motuũ principia ſm se, palã est hinc, leuis enim est aer, minus autẽ q̃ ignis, & aqua grauis minus q̃ terra, motus autem deorsum aeri, & sursum aq̃, uiolẽtia & nõ ſm naturã existũt. qđ aũt magis & minus est, nõ uariat spẽm. Si aũt aliq̃s uelit mixtione ɔtrarii, hoc qdẽ minus eẽ leue, hoc aũt minus graue, dicet hæc nõ eẽ ꝓprie simplicia, qđ q̃dem & Aristo. uidetur, sed moueri qdem prorsus à ꝑdominãte, aliquando autẽ & ancipitis esse naturæ, corpus eni simplex à nõ simplici, in hoc segregat̃, eo qđ habeat principiũ unius motus. Et ꝓpter hoc fortè Aristoteles tãq̃ de duobus simplicibus disputat plurima. has quidẽ igitur instãtias Xenarchi, & ponit & soluit Alex. ¶ Dicit autẽ & aliã Xenarchus talẽ, circularẽ motum impossibile est esse simplicis corporis ſm naturã, siqdẽ in simplicibus corporibus, cũ sint, similares omnes partes oportet esse ęque ueloces, in circulo autẽ q̃ uersus centrũ, semp sunt tardiores, his q̃ uersus circũferentiã siquidem in eodẽ tempore per minorẽ distantiã mouentur, sed & in sphæra circa polos circuli mouẽtur tardius his q remotius sunt & uelocissime omniũ æqnoctialis. ¶ Dicendũ existimo, & ad hanc dubitationem, ꝙ Aristoteles quidẽ circularẽ motũ simplicem dixit ſm lineam circularẽ factũ unũ unius, sermo autẽ dubitans, multos in sphæra circulos inæq̃liter ueloces accipiens. & iterũ in plano circuli, hos quidẽ uersus centrũ, hos autẽ uersus circũferentiã tãquã unum motũ ex oĩbus cõpositũ tentat ostendere, & nõ simplicẽ, quoniã motus qui ſm unũquẽq; in sphæra circulũ simplex est, & q ſm unũquẽq; eorũ q in plano circuli nõ reflectit̃. nã similiter simplex ẽ motus q fit à circulis citra polos sphęræ, & ab æqnoctiali, quãuis hic quidẽ tardissimus sit, hic autẽ uelocissimus, & circulorũ descriptorũ uniuscuiusq; simil̃r simplex est motus, & simplicis corporis est eius qđ ſm illã partẽ. Neq; eni dixit Aristoteles ꝙ multi circulares motus sint simplex & unus motus, aut simplicis corporis, sed ꝙ simplex motus q & unus est semp sit simplicis corporis, & simplicis & unius corporis, simplex & unus motus, ut & toti cœlo tãq̃ uni indiuiso cõgruat sermo, & si in partes diuidat ipsum aliq̃s, & unicuiq; cõgruere, solũ tãquã de uno motu, penes unũ circulũ facto, sumẽdam eẽ suppositionẽ. ¶ Vltimo aũt in his repꝛhẽdebat Xenarchus, ꝙ de naturalibus docẽtes, mathematicas demõstrationes facimus, linearum speciebus utentes, quãdo causas simpliciũ motuũ, ad simplices lineas reducimus, sed siqdẽ mathematice uteremur lineis, in ueritate deuiaremus ab ĩtẽtione, si aũt oĩ motu facto ſm distãtiã linearẽ, simplici qdẽ ſm simplicẽ: cõposito aũt ſm cõpositã in ostẽsionẽ dr̃iæ motuũ ꝓposuimus species distantiarũ, quo modo naturalia mathematice ostẽdimus? eteni lineis utitur & naturalis & mathematicus, sicut & supficiebus & corporibus, nõ enim uti lineis simpliciter, est mathematicũ, sed ut mathematice. Xenarchus opposuit aduersus suppositiones ab Aristo. assumptas. ¶ Modernorũ aũt quidam gloriæ, ut uidet̃, uenator quasdã instantias Xenarchi subiiciens, & alias quasdã tales aceruãs Aristotelis accusator apparuit, intentionẽ quidẽ totam faciens, ut ait, demonstrare mũdum corruptibilem, tanquã ꝑmium aliquod magnũ à cõditore accepturus, si ipm conditorẽ solorum corruptibi-

ſum oſtēderit,& nullius incorruptibilis. Propter hoc aūt deſideriū,his quę hic dicunt̃ ab Ariſtotele cōtradicere intēdit,ꝑlixis libris ſperans non ſolū multitudine librorū ſtupefacere inſenſatos, ſed (puto)auertens plurimos,& maxime eruditos à lectione tantarū nugarum, ut indiſcuſſa maneant ſcripta in tot foliis:ex cōtradicere ſolum aduerſus Ariſto.opinionē,ſapientiæ nomen acquirat ſcriptori. ¶ Ego autē noui tales ꝓſumptiones,ſicut uocatos Adonidis hortos florere apud inſenſatos,& ubi aliquid eſſe fuerint exiſtimatæ,paucis diebus extingui.& mihi Ariſtotelis negotiū explanare ꝓponenti ſcd̄m poſſe uiſum eſt non negligere huius uiri inſtātias,moleſtantes eruditorū quidem nullum,ſed ineruditos qui ſemper nouis gaudent & grauiter ferunt antiquorū uirorū gloriā. Et adhuc etiā eos, qui putant ſe Deum honorare,ſi cœlū,ut aiunt factū ad miniſteriū hoīum,nihil putent hr̄e ſingulare ad ea q̄ ſub luna ſūt,& ipm̄ ſi ẽe his corruptibile eſtimauerint. Iſti n.ſue opioni de Deo ↄcordare iſtas inſtantias putantes pro magno honore ducunt cum tamē nihil,neq̨ horū ſciant,neq̨ eorū quæ Ariſtotelis ↄtra q̄ audēt has inſtātias ferre,ſed ad inuicē trutinātes,& aduerſus nos ſe iactātes,ꝙ dogmata Phorum euerſa ſunt. ¶ Horū igitur grā & ꝑpter habētes faciliorē auditum,& ut Ariſto.de cœlo negocium & pia de uniuerſo notio in antiqua glorioſaq́; ſententia,maneant irredargutæ: uiſum eſt mihi & has ꝓponere inſtantias,& ſoluere ſm̄ meum poſſe.conuenientius.n.uidebor coordinare cū expoſitionibus his,& inſtātias,& ſolōnes ipſarum.ſi aūt alicubi uidear contra uirū hunc aſperiorem facere ſermonē,non indignetur aliquis.non.n.eſt aliqua mihi cōtra uirū hunc indignatio, quē neq̨ uiſu noui unquā,ſed primū qdem diligēs iudiciū dignum eſt imponere huic,q didicit ab Ariſto.q̄dem & ab expoſitoribus eius,ſi fortè aliquid ab his didicimus:non.n.à Menandro & Herodiano,& à talibus uenit nobis certius Ariſtotele de natura entium eruditus:nec ueritus de Ariſtotele ſcribere quē ipſius artis baſim,imo potius patrem uocās quis nō utiq̨ peccabit,quēdq́; induſtrius erat obūbrare caligine paralogiſmorū ueritatem,& qd̄ uarietate ſolutionū Ariſtoteles obumbrauit ueritatē, ſæpe dicit, ut ſapientior ipſo & expoſitoribus eius exiſtimetur. Deinde uiſum eſt mihi bene ſe habere inductis à ꝓſumptione huius in contēptū ſcriptorū Ariſto.& ſic auxiliari oſtendendo deſpicabilē ipſius uanæ gloriæ ineruditionē. ¶ Primam igit̃ inſtātiam uir iſte aduerſus aſſumptas ab Ariſtotele ſuppoſitiones,poſuit,excerptam ab his quę Xenarchi,talē:ſi diuerſi motus à diuerſis fiūt naturis,extraneum utiq̨ erit,ſi nō & eorūdem motuum una & eadem ſit natura.quoniā igitur terra & aq̄ ambo ad cētrum mouentur,eiuſdem utiq̨ erunt naturæ & eiuſdē ſpēi.ſimiliter autē & ignis & aer,ambo ſurſum lata,ut ſimul ipſi fiat talis,terra aūt & aqua cum ſint ſimplicia corpora, & ad mediū ambo ferātur,ab eadem utiq̨ natura mouebūtur ſm̄ Ariſtotelē,quæ autem ab eadē natura mouētur, eiuſdem naturæ,& eiuſdem ſpēi ſunt:quòd,ait,euidenter incōueniens eſſe,ſi uere hoc qdem ſiccum eſt,hoc aūt humidum. In his itaq̨ nota dignū eſt,primo qdem,quæ opportunitas aggrauationis abſurditatis,cū ipſe Ariſtoteles plane dicat unū & ſimplicem motū unius & ſimplicis corporis ſm̄ naturam eſſe,ad quod ſeq̄tur,diuerſos motus à diuerſis fieri naturis. iſte autē accipiens hoc confeſſum dixit extraneū eſſe,& ꝙ nō eorūdem motuum eadē ſit natura,qd̄ tāquā inconueniens ſuperinducit, tanta apud ipſum eſt inſenſibilitas conſequentiæ ſermonum ¶ Sciendum autem deinde quòd & ſi genere unus ſit deorſum motus,& rurſus qui ſurſum, ſpecie tamen ſunt differentes qui terræ & aquæ: terra enim ad centrum uadit, & hoc uult circumplecti, & omnibus ſubſtare aliis elementis, aqua autem non ad centrum habet impetum,ſed uult ſupernatare terrę,& ſup hāc reſidere:ſimiliter autem & ignis,& aer ſe habēt adinuicem,nō.n.ſunt duo ſoli termini motus recti,ut iſte exiſtimat.ſ.ſurſum & deorſum,ſed utrūq̨ horū in duo diuiditur. ꝑpter qd̄ & q̄tuor facta ſunt,quæ ſuper recta mouent̃,deſcenſu quidē diuiſo,in motū ad centrum,& ad ſuperficiē terræ,aſcēſu autem in eum q ad cōcauū cœli terminat̃,& in eum qui ad cōcauū ignis.quare ob hęc non eodē motu mouentur aqua & terra,neq̨ aer & ignis.ſi aūt ſcd̄m ꝙ deorſum aut ſurſum dicat quis eodē motu moueri,& naturā utiq̨ eandē habebūt,ſi enim naturā nūc accipit Ariſtoteles principiū motus,nō cuiuſcūq̨,ſed eius qui ſm̄ locum, ut inſinuat cum dicit: oīa enim naturalia corpora & magnitudines ſm̄ ſe mobilia dicimus,eſſe ſm̄ locū:naturā enim dicimus motus principiū in ipſis,oīs autem motus qui cūq̨ ſm̄ locū fit,aut rectus,aut circularis,aut ex his mixtus eſt:palā eſt,ꝙ habentia eūdem motū ſm̄ locum,& naturā utiq̨ eandē habebūt,ſm̄ id quod nunc dicit̃, ſed non ſicca ſimpl̄r,aut humida,nam quantum eſt in talibus differētiis,& lapis,erit differens à lapide,& later à latere,& aqua ab aqua. Si aūtem hoc ſequitur diuerſos motus à diuerſis fieri naturis, hoc autē uerum eſt oīno,qualiter igitur ſequūtur incōuenientia?ex uero enim nō ſequit̃ falſum,ut didicimus,ſed iſte tanq̄ ↄfeſſum accipiēs, & ꝙ diuerſa ſint ſm̄ naturā,aqua & terra,cum hæc ſit humida, & hæc ſicca,quāuis non ſm̄ hæc nūc accipiatur natura,& ꝙ eodē motu mouent̃ deorſum,quāuis neq̨ hoc ſm̄ idem habeāt: ſecūdum addit falſum,in quo & cōſequētibus abutit̃,talē,ſi q̄ differētes natura ſunt,ſicut terra & aqua,cōtingit

moueri eodē motu,cum oppositione/ait/conuertēs,& q̄ non eodē motu mouenť nihil ꝓhibet eiuſdem naturæ eſſe: cœlum igiť cum his q̄ ſub luna ſunt,eiuſdē eſſe naturæ nihil ꝓhibet, & ſimiľr illis corruptibile. Ad hoc enim intētio ſua tendit,& eſt qdem ex dictis iam patens incōuenientia rōnis,ſi natura eſt principiū motus qui ſm locū,ut iſte cōfitetur. Quoniam aūt frequēter utitur cōuerſione cum oppoſitione,nihil forte ꝓhibet oſtendere,neq̧ deductionē ſuam ipſm ſcire.ſermone enim iterrogato ſic,ſi differētia ſm naturam ɔtingit moueri eodē motu,q̄ non eodem motu mouenť,nihil ꝓhibet {quod idem eſt ei,quod eſt/contingit} indifferētia ſm naturā eſſe. Primo quidē negatiuā particulam nō appoſuit cum modo in aſſumptione oppoſitæ negationis ɔſequēti affirmationi ſm legē dialecticæ.Cum enim dixiſſet eodē motu cōtingit moueri, & huic affirmationi oppoſitā negationē uellet accipere,non dixit,q̄ non cōtingit eodē motu moueri, ſicut oportebat ad modū apponi negatiuam particulā,ſed q̄ non eodem motu mouenť,cōtingit indifferentia ſm naturā eſſe. quomodo igiť poſſibile eſt eam q̄ cum oppoſitione cōuerſionem cognoſcere ignorantē negationē oppoſitā ſequēti antecedētis affirmationi? Et quid dico de ea q̄ cum oppoſitiōe cōuerſione,quomodo poſſibile ieſt ſyllogiſmum aliquē cognoſcere, ignorantē q̄liter ex affirmationibus fiāt negationes? Et hoc etiā ignorauit ꝙ in materia cōtingenti,in q̄ non magis ſequitur poſitū q̄ oppoſitū ſibi, nō habet neceſſitatē q̄ cū oppōne cōuerſio.tale.n.cōſequēs iſte accipit,ut oppoſitū ipſi magis ſequať ad ancedēs,q̄ qđ ipſe accipit,dſntibus.n.ſm naturā magis ɔſeqtur ꝙ non eundē motum habeant,ſed differentē,q̄ ꝙ eundē. hoc autē ſic ſe habente,nō adhuc oppoſito cōſequentis neceſſario ſequiť oppoſitū antecedentis, qđ qdem requirit ea q̄ fit cum oppoſitione cōuerſio,ſed magis ipſum antecedēs,huic enim qđ nō eundē motum habet,magis loquiť ꝙ differentia ſm naturam ſint,q̄ ꝙ eadem. Fortaſſe autē non ē incōueniens ꝓpter tardiores aliq̄ de his ꝓponere.¶ Sciendū autem ꝙ in cōtingentibus, ſiquidē ſic accipiať cōſequens,ut omni antecedēti ineſſe poſſit,& nō ineſſe,ut ſi dicamus, ſi homo eſt,grāmaticū ipſum eſſe cōtingit,tunc recte ſumi poteſt negatio oppoſita ſequenti affirmationi, ſic/ſi nō cōtigit grāmaticum eſſe,ſequitur oppoſitū antecedenti,ꝙ non ſit homo, ſi uero cōſequens ſic accipiatur/ſeq cōtingenter,ut cōſequens nō omni inſit antecedenti.eteni & hoc contingenter diciť ſeq,ut ſi dicas,ſi animal eſt,cōtingit ſuperiorē maxillā mouere,tale enim animal eſt crocodilus,tunc nō amplius ſaluatur cōuerſio,quāuis recte quis acceperit oppoſitū cōſequenti.huic enim qđ eſt, non cōtingere ſuperiorē maxillam mouere,qđ opponiť huic,cōtingere ſuperiorē maxillam mouere,non ſequiť,ꝙ non ſit animal.plura enim animalia nō mouent ſuperiorē maxillā, ſed inferiorē tantū. tale aūt eſt & cōtingēs quod ab hoc acceptū eſt,quāuis enim uere accipiatur, ꝙ differentia ſm naturā eundē habeat motū, non oībus differentibus ſm naturā ineſt hoc,ſed fortè pauciſſimis q̄buſdam,pluribus autē cōtrariū ineſt.ꝑterea oppoſitum conſequentis.ſ.non contingere eūdem motum habere,magis ineſt antecedēti,q̄ oppoſita ipſius:magis.n.non cōtingentia eūdem motum habere ſequiť differentibus ſm naturam,q̄ horum oppoſitis,ſcilicet indifferētibus,quemadmodum ſi dicam,ſi par eſt,contingit nō uſq̧ ad unitatem diuidi,ut in numeris pariter imparibus uocatis ſe habet,& ipariter paribus, deinde accipiam dictū in pariter paribus & capiens oppoſitum cōſequentis.ſ.non contingere non uſq̧ ad unitatem diuidi,concludam oppoſitum antecedētis.ſ.non parem eſſe,non erit uerum,nam pariter parem qui eſt maxime par non contingit nō uſq̧ ad unitatem diuidi.Sed & ſi differentia ſm ſpēm eē ſub eodem genere contingit,utputa hoiem & equum,ſub animali nāq̧ ſunt.ergo quæ nō contingit ſub eodē genere eē indifferentia ſpecie ſunt:aut ut iſte inartificialiter protulit,quæ non in eodem genere ſunt,cōtingit ſpecie eadē eſſe,ſm eam quæ cū oppoſitione eſt cōuerſionē,ut homo & ficus quę altera habent genera.ſ.animal & plantam,erunt eiuſdem ſpēi,quod quidem eſt impoſſibile.Quę.n. ſunt eiuſdem ſpēi,& eiuſdem generis ſint prius neceſſe eſt,ſi uere ex genere & differētia eſt ſpecies, & ita quidem quāuis uere acceptū fuerit cōſequens,contingēter tamen nō ſaluatur neceſſitas eius q̄ cum oppoſitione eſt cōuerſionis.Iſte autem & antecedens falſum accepit accipiens naturā ſm caliditatem & frigiditatem,nō penes motum ſm locū,ut Ariſto.uoluit,& conſequens falſum: non.n.eodem motu mouenť terra & aq̄,ſed hæc qdem ad centrum,hæc autem ad terrā,ſed & cōiunctum falſum accepit.Si.n.differentia eſt ſm naturā,eſt autē natura principiū & cauſa motus,& maxime eius qui ſm locū,neceſſe eſt diuerſis motibus ipſa moueri,& nō eodē ut iſte putat:ſi.n.principiū & cauſa motus eſt differens,palā ꝙ & motus differens erit.ſed & cōuerſionem uideamus, quam iſte ɔiunctum uocauit,neſciens quidem nomina conſueta his ſyllogiſmis:quia non uocant coniunctum, ſed acceptionem quidem oppoſiti conſequentis,uocāt aſſumptionem,acceptionem autem oppoſiti antecedentis nominant illationem.Peccauit igitur merito cōuerſio quæ dicit,quæ diuerſo & non eodem motu mouentur,contingit eiuſdem naturę eſſe,nō ſolum quia negatione ꝓlata, negatiuā particulam non appoſuit modo.ſ.contingit, & q̄a totaliter in tali ɔtingenti materia non ꝓcedit, ſed & q̄a

impoſſibile

impoſſe eſt,habentia differentẽ ſm naturam motũ,eiuſdem eẽ naturæ, ſi uere natura eſt principium motus.nũquid non uir iſte deridẽdus eſt?ca q cum oppõne cõuerſione utens,intãtum ipſam ignorans? Conſequẽter aũt poſtquã cõceſſit,cœlum neq; leuitatẽ,neq; grauitatẽ habere,conatur oſtẽdere q nihil prohibet ipſum caliditatem & frigiditatem habere,ſcribit autem ita. Neceſſe enim & menugari, neq; enim ſi leuia corpora ſemper & calida exiſtunt, & ſi grauia ſemper ſunt frigida, ſequetur ex neceſſitate, ut quæ neque leuia, neque grauia ſunt, à frigiditate & caliditate remota ſint, non eſt ſana quæ fit ex antecedente conuerſio. Ecce enim,ſi aliquis homo ſemper & animal eſt, non tamen ſi quid non eſt homo,uerum eſt,neq; animal eſſe. oportebat autem intelligere q ſi leuia calida ſunt,adhuc magis calida,magis leuia erũt,ſubtiliũ enim partiũ ſunt,quę calida,ſubtilitati aũt partium,leuitas aſſequiť,ꝑpter hoc aũt eadem & frigida rõne frigiditatis.ſ.ſpiſſitudine grauia.ſi uero adęquẽtur hæc,nihil ꝓhibet & ab antecedẽte fieri cõuerſionẽ, ſi enim hõ eſt,riſibile eſt,& ſi non riſibile,neq; homo.uerũ etiam dices ſi dicas,& ſi non eſt hõ,nõ eſt riſibile,quia adæquãtur ambo.q rehic uidetur ꝓprietates eius q cum oppoſitione cõuerſionis ignorare, & cœlũ fruſtra ab ipſo frigidũ aut calidũ iudicať.Aliud quoq; his q de ſimplicibus motibus ſmõibus adducit tale,ſicut i q̃tuor elementis,ſi genere unus eſt rectus motus,igitur qm̃ ſm ſpeciẽ differt qui à medio,ab eo qui ad medium,ꝑpter hoc differũt ſpẽ ignis & terra,ſic quoniã differt motus ab oriente,ab eo qui eſt ab occaſu,ſm ſpeciẽ uariari poterũt,q mouẽtur, planetas dico: ſiquidẽ uelocitate differũt abinuicem ſm naturam:ſicut terra & aqua,quãuis eãdem habeãt inclinationẽ ad deorſum, differũt tamẽ ſm ſpeciem, propter celerius moueri & tardius.nõ quinque igiť,ait,ſunt ſimplicia corpora,ſed tot numero quot ſphærę,& quatuor elñta.Sed mihi uideť homo iſte,neq; hic ad intentionẽ Ariſtotelis aſpexiſſe,neq; enim cõtradiceret Ariſtoteles q non eſſet cœleſtiũ ſphærarũ aliqua ſm ſpẽm differẽtia, ſicut & elñtorum ſub luna,nã & ipſe à cœleſtibus ſphęris,multitudinẽ ĩmobilium ſubarum ſyllogizauit,ſcd̃m ſpẽm uidelicet differẽtiũ:nõ ſanẽ ſm materiã,ſed ſicut oĩbus ſublunaribus ſm rectã moueri cauſale argumentũ putat generationis & corruptionis, ita cœleſtibus circularẽ motũ idonee ſuſcipere ꝑpetuitatem arbitraẽ ſiue ab ortu,ſiue ab occaſu,ſiue celerius,ſiue tardius, circularẽ motũ peragant,& propter hoc ſemp eſt in fine, ſemper in principio & indeficiẽs,& ꝑpetuus, ut demõſtratũ eſt.Iterum autem,ſiue à medio,ſiue ad mediũ,ſiue celerius,ſiue tardius qui ſuper recta fit finitus eſt, & pp hoc ad generationẽ facit.huius autẽ,q quę ſub luna ſunt,diuiduntẽ in q̃tuor,& q cœlum interim ſumiť indiuiſum,cãm exiſtimo hoc, q eorum q generãtur & corrũpunť,de quibus plurimũ phyſiologia pertractat,principia uoluit diſcernere,à quibus cãs eorum q in eis accidunt ſumit. Qm̃ quãtum ad differẽtiam cœli & ſublunariũ ſufficit rectus motus, tãq unus ad unũ circularẽ determinatũ, nãq; & Ariſtoteles plurima non tanquã de quatuor,ſed tanquã de duobus ſublunaribus diſputat,in ſequẽti autẽ libro,firmamẽtũ etiã à planetis diſtinguit. Iſte autem in ſeptimo ipſius cap.ait,ſi bene notauit Alexan.quod ꝓprie hunc dicit Ariſtoteles circularẽ eſſe motũ,qui fit circa centrũ uniuerſi,neq; proprie circulares,neq; ſimplices erunt planetarũ circuitus,& aſtra etiam ꝓprio motu ꝑter ſphæras mota,ſm qđ Aſtronomis uideť,mouẽtur circa ꝓpria centra,cum non ſint eiuſdẽ centri,cum uniuerſo, neq; ipſa aſtra,neq; horũ epicycli,neq; ſphærę uocatæ eccẽtricę.palã q ui ꝓpe mouẽtur circulari motu,non ſimplici, ſed cõpoſito ex eo q deorſum & eo qui ſurſum. Quãuis enim ꝑter Ariſtotelis ſuppoſitiones ſint hæc,ait,tamẽ manifeſte apparent aſtra uiciniora terræ,& remotiora.Dicitur igiť q in his Ariſtoteles hoc ſolum dicit,q circularis motus circa mediũ eſt,hoc enim oĩ motui circulari conuenit.ſi autẽ in aliis corpora circulariter lata,circa centrũ uniuerſi moueri dicit: ſciendũ q ſm antiquorum Aſtronomorũ ſuppõnes facit ſermonẽ,qui enim ſecuti ſunt Eudoxũ & Calippũ,ſupponẽtes ſphæras reuoluentes ↄcentricas uniuerſo per illas conãtur ſaluare apparẽtiã,circa centrũ uniuerſi dicentes moueri oẽs ſphæras. remotionũ aũt & appropinquationũ & directionũ & ſtationum & retrogradationum,& irregularitatũ in ipſis apparentium,cãs non ualentes ſm illas ſuppoſitiones aſſignare,ꝑpter hoc Hipparcus,& ſiquis cõtemporaneus ipſi fuit & poſt eum Ptolemęus ſphęras eccentricas & epicyclos ſuppoſuerũt,eo q oĩa cœleſtia moueri circa centrũ uniuerſi noluerũt,dictorũ aũt prius cãs ab illis ꝑtermiſſas,iſti ſm has ſuppõnes aſſignarũt.Ariſtoteles igiť hic quidẽ nihil dicit de his,ubi aũt loquiť,uidetur ſequi ſuppoſitiones priorũ. palã autem q differre circa has ſuppoſitiões non eſt crimen.ꝓpoſitum.n.eſt,quo ſuppoſito ſaluari poſſint apparentia.Nihil igitur mirũ ſi alii ex aliis ſuppõnibus conati ſunt ſaluare apparentia, aſtra aũt quãuis moueñ circa ſua centra, tamen & circa centrũ uniuerſi à ſphæris circũducta mouentur. Apud quem aũt Aſtronomorũ inuenit iſte q aſtra circa ſua ipſorũ centra moueñ? an ab his q ĩ libris Ptolemæi negligẽter audiẽs q alii qdẽ ſunt numeri centri epicycli,alii aũt ipſius aſtri,putauit hos eſſe motus ipſius aſtri circa ꝓpriũ centrũ,nõ attendens q numeri quidẽ iſti ſunt tanquã trãſeuntis aſtri, motus autem qui circa centrũ non ſic,ut

transeũte ipso, sed numeri quidem centri epicycli insinuãt motũ eccentrici in quo fert̃ epicyclus, qui autem astri motũ epicycli in quo fertur astrum, ipsius aũt astri motũ circa ꝓprium centrũ impoſſe est dep̃hendere in quãto tp̃e restituitur: neq; enim transgredit̃ locum ex loco scd̃m hunc motũ. Propter hoc Astronomorũ nullus conatus est restitutioné astri circa ꝓprium centrũ, in quãto tẽpore fiat colligere, neq; enim comp̃hensibile erat. Plato uero & hũc astrorũ motum nouit. Aristoteles uero quid de motu astrorum opinetur in secundo huius negotii dicet. Adhuc non ex similibus/ait/ Aristoteles fecit elementorum & cœli disquisitionem, hic quidem totum accipiens in proprio loco motum, hic autem partem ex propriis locis remotam, & in eo qui præter naturam factam. Dico igit̃ & hoc breuiter ꝙ intentio Aristotelis est ostendere cœlestia alterius naturę quàm quatuor elñta ex differentia motuũ. qm̃ igitur horũ partes mouent̃ & à loco qui p̃ter naturam, & motu ad generationẽ faciente eo qui super rectam, cœlum aũt totum ad perpetuitatem cognato motu .s. circulari, merito ab his hæc qdem esse generabilia syllogizauit, hoc autẽ perpetuũ: non inconuenienter autẽ Aristoteles supposuit & totam terrã extra medium: ut ostendat totius inclinationem ad centrũ tendentem. euidens nãq; est ꝙ quãcũq; quis ipsius accipiat partem, talis est. Nõ igitur necesse est differentiã substantiæ à motu syllogizãtem quæ mouent̃ s̃m naturam comparãdo assumere, sed & si hoc qdem ps fuerit, hoc autem totum, & hoc quidem in loco p̃ter naturã, hoc aũt in loco s̃m naturã semper. Hæc .n. & euidentius ostendunt differentiam, qa ab his quidem natę sunt separari partes, à cœlo autem non possunt, & hęc quidem in loco p̃ter naturam nata sunt fieri: hoc autem semp in eo qui s̃m naturam esse, & totalitates igitur elñtorum, aut manent, aut circulo mouent̃, sed sufficit à partibus ipsorũ differentiã s̃m naturã accipere, & maxime quando omnes partes similem inuicem naturã habere uidẽtur ut partes terrę, ad medium tendentes, & aquæ supernatantes terræ, si aũt totalitates elementorũ super recta non mouent̃, merito partium differentia distinctionẽ cœli manifestauit. Iste autẽ uolens cœlum corruptibile esse, conatur eiusdem naturæ cum elementis ip̃m ostendere, & ob hoc eodẽ motu moueri: circulo enim/ait/mouet̃ & ignis & aer, s̃m ꝓpriam naturam hũc habentia motũ sicut & cœlum: aut enim s̃m naturam, aut p̃ter naturam. Melius est aũt neq; esse oĩno q̃ semper esse in eo qđ est p̃ter naturam, erit autem, q̃re & p̃ter naturam, partibus ipsius p̃ter naturam existentibus. hæc sibiipsi continens imoratur, & in eadem sentẽtia sępe eadem garrit. Dictũ est autem ad ipsam dubitationem prius, & magis (ut existimo) distincte, dicat autem & nũc, ꝙ circularis motus ignis nõ est prior prius, siqdem cum ultima sphæra circũfertur, sicut neq; planetarũ ab ortu, est ꝓprius, non tamẽ propter hoc p̃ter naturam, neq; ut noxius, sed ut super naturã, s̃m qđ à meliori obtinet̃, natus eo motu qui melioris est moueri, sicut & anima ad speculãdũ nata est, nõ tamẽ mouetur motu Dei. Qũo autẽ putat ꝓprium ignis circularem motũ, cum restituatur cũ ultima sphæra, & his quæ ab ipsa mouentur? Adhuc autẽ & cõtra hunc instat sermonem, qđ uiolentia qdem contingit motum alterius & alterius esse, s̃m naturã autem impossibile: terræ enim & aquæ s̃m naturã est ad mediũ uniuersi motus. Nõ bene autem putat aquæ inesse hãc inclinationem, sed terrę supernatare, & si usq; ad centrum procedit remota terra, ut comp̃hendat alicubi terram quã imitatur ꝓcedit. & si auferat quis à cẽtro terram, centrũ (ut existimo) pertrãsibit aqua, quærens terrã. Probat autẽ hoc, ꝙ terra supposita scd̃m naturam quiescit, nec ulterius uult ꝓcedere inferius, nisi quatenus subtracta terra, necesse est ipsam fluere ad cõcauitatem, cũ sit fluxibilis. Si aũt ut iste putat utriq; est s̃m naturã qui ad medium uniuersi motus, nõ adhuc eo qui alterius, sed eo qui suiipsius utrũq; s̃m naturã mouet̃, adiecto autem textu qui dicit, Adhuc pręter naturam cõtrarius ei qui s̃m naturã etc. Per quæ ostendit Aristoteles, ꝙ circulatio nõ solum s̃m naturam nõ est alicuius elemẽtorũ, sed neq; p̃ter naturam, in multis delirans (ut existimo) conatur ostẽdere ꝙ non est p̃ter naturam circulatio igni, & Aristo. idem dicẽte, excepto ꝙ ille, neq; p̃ter naturam, neq; s̃m naturam ait. Iste autẽ uult quidem ip̃m s̃m naturam inesse: ostendit autẽ interim, ꝙ nõ præter naturã, Aristotelis demõstratione utens. si enim unum uni est cõtrarium, cõtrarius est autẽ ignis motus s̃m naturã, motui deorsum, nõ utiq; erit & circularis motus ipsi contrarius, q̃re neq; p̃ter naturam. qđ enim p̃ter naturam/cõtrarium. s̃m naturã ergo igni in ꝓprio loco existenti, circularis motus: oportebat autẽ Aristo. utẽtem demonstratione excitari ad inquisitionem magis, qa Aristoteles quod uidebatur ꝓnunciãs, uoluit dicere, neq; s̃m naturam, neq; p̃ter naturam ip̃m circulo moueri, quãuis motum circulariter: sed quo mõ (ut dixi) motum exercet q̃ nõ est proprius s̃m naturam quis dicet? Melius igitur si uere est omnino simplex, super naturam ip̃m dicere, ut & unus unius sit, motus s̃m naturã, quod qdem & ipse falsificat, duos motus ignis s̃m naturam dicendo, hunc qdem sursum partium ipsius à totalitate abstractarũ, hunc autem circularẽ totalitatis, quare & cœlũ circulariter motum/nihil ꝓhibet esse ignem, neq; p̃ter naturam ipsi inerit motus. Et palã est ꝙ in oĩbus his se decepit ꝙ circularem motum cœlestem existẽtem, non super naturam

ram putauit inesse igni, sed fm naturam, esse auté aliquem & super rectam in ipso motum propriũ ignis, ascendentibus & descendentibus partibus ipsius aliquibus & rarefactis & inspissatis uere dixit Alexãder, ostendens esse motũ mixtum, & non adhuc simplicem, & sic cõcludens, ꝙ neq; fm naturã, neq; pter naturam inest igni circulatio, & ꝑpter hoc neq; duos eiusdem motus esse fm naturã, neq; duo uni cõtraria, sed ꝙ & circularis quidem est in igne motus, & rectus, ut dictum est, ac circularem quidem a cœlestibus super naturam ipsi datũ esse, dicẽdum: rectũ autem esse partiũ ipsius. Iste aũt insistit contẽdens ostendere ꝓprium esse totalitatis hypercaumatis circularẽ simplicem motum, qui neq; cœlestia prius concedit talem habere motum. Causa autem est, qa putat ex hoc cõcludere, ꝙ quãuis circulari & simplici motu cœlum moueatur, nihil tamẽ ipsum ꝓhibet eiusdem naturæ existens cum his quę sub luna similr illis esse corruptibile: & sufficiebat quidem ad hanc intentionem impiã simul & irrationabilem, ostẽsum fuisse prius ꝙ nõ est proprius hypercaumatis circularis motus, sed à cœlesti circulatione, inditus super naturam, ut ostendũt ibi consistentes apparitiones coorientes simul & occũbentes cum astris, etiã ad multos dies. Sufficiebat rursus attendere ꝙ quãuis cœlũ igneũ esset, circularem simplicem habẽs motum, perpetuũ tamẽ esset, nõ fm totalitatem solam sicut ignis, sed & fm partes, si nulla harũ abstrahitur à ꝓpria totalitate, & iterum ipsi copulatur. quare & si nõ ob aliud, saltem alterius esset naturæ, q̃ elementa quæ sub luna, ꝓpter quã non solum fm totũ, sicut elementa, sed & fm partes ingenitũ est ob hoc tpe & incorruptibile. Quoniã autem multa dixit aduersus Alexãdrum ostendẽtem nõ simplicem, sed mixtum eẽ motum hypercaumatis, illorum paucã discutiendum est. Dicit igitur, quãuis hæc quidem ascendant hypeccaumatis, hæc autem descẽdant, & hæc quidem inspissata, hæc autem rarefacta, & palàm quòd hæc quidem pars uelocius mouetur, hæc autem tardius, nihil minus est simplex circularis motus totius. Contingit enim (ait) & igne sursum lato & aqua deorsum partium ipsorum, quasdam quidem huc, quasdam autem illuc ab aliquo uento impelli, attamen totum simplici motu mouetur, qui à medio, & ad medium: quãuis utiq; quis dicet, tũc proprie simplicẽ illius ignis & aquæ motũ, moto composito ex dissimilibus partibus, & hac qdem sursum, hac autem deorsum trahẽte, quando & uerisimile fit motũ fieri obliquum in his quæ recte mouẽtur. Ac sphæra Veneris inqt circũducta, ipsa Venus mota in ꝓprio epicyclo, quãdoq; terræ uicinior, quãdoq; remotior fit quod & in reliquis erraticis eodem mõ cõtingit, & tamẽ totum cœlũ uno & simplici motu mouet. oportet autẽ annotare quid hic ɔfitetur nũc, quãdo putat posse ex ipsis alia euertere. Notare etiã ꝙ ab inexperientia Astronomicarũ suppositionum garrit. quis enim qualitercũq; eruditorũ non nouit ꝙ talem habẽt intẽtionẽ astronomorum suppositiones, ꝙ circulari & regulari seruato motu, cœlestium per ipsas diuersitates motuũ, & ascẽsiones & descẽsiones, & stationes ac directiones & retrogradationes, & apparentias, & oĩa quæ contingũt, circa ipsa demõstret quo mõ fiant? Etenim uniuscuiusq; eorũ quæ ibi sunt, motus est simplex & ęqualis. quãuis igitur circũducantur cũ totis partes: tamen neq; totius motus fit compositus, sed simplex manet, & partibus sic tradit, neq; partes suum ipsarũ motum cõpositum habent, sed illo manente simplici, alium diuiniorem & simpliciorem à totis assumũt. Sed neq; siqua particula aeris, aut ignis rarefit, aut inspissatur, hoc facit nõ simplicem esse motũ totius: prorsus enim rarefactio & inspissatio, alterationes sunt, & nõ fm locum motus. Etenim si glebã (ait) delatam ad mediũ calefieri & frigefieri accidat, nõ est causa ꝙ nõ sit simplex motus. Vide quã stulta sint quæ ab eo dicũtur, non. n. intelligit ꝙ id qd rarescit, leuius fit: quod autem inspissatur grauius: & ita inæqualiter ueloces fiunt partium motus fm locum, sed neq; aqua quãdo deorsum fertur, & fit glacies, habet simplicẽ motũ ad deorsum: ut putat iste. Rursum Alexã. ꝓponens lrãm quę dicit. {Simul enim ipm quod fert, necesse & fm ꝓpriam inclinationem moueri, aut sursum siquid leuiũ fuerit, aut deorsum siquid grauiũ} fieri igitur ipsius motum mixtum ex recto & circulari, ibi maligne interpratur, ut de toto intelligẽs sursum & deorsum, & conatur ostendere ꝙ neq; põt sursum moueri ignis tangens lunarẽ sphærã, neq; deorsum fm naturam: palã est autem ꝙ & toto sub cœlo circulariter moto partes (ait) ipsius, has quidem sursum, has autem deorsum moueri: ut manifestat ab ipso prius exposita Alexandri lrã: neq;. n. simpliciter (ait) mouentur circulariter hoc motu ignis & aer, neq; super recta, sed mixto motu: etenim in altum q̃dam ipsarum inęqualiter ꝓcedunt, & quietiores fiũt in tali circũductione, & adhuc rarefiunt & inspissantur, quædam ipsarum dixit inæqualr, & nõ tota rarefieri, aut inspissari, quæ qdem differẽtiam motus localis faciẽtia nõ concedit simplicẽ esse motũ, eum qui fm locũ. quoniã autẽ sæpe producit hoc {si nõ fm naturã est circulatio hypeccaumati, & aeri, cum p̃ter naturã insit, nõ utiq; diu permaneret: etenim Aristotelem dicere, ꝙ citissime corrũpuntur quæ p̃ter naturam} memorari oportet, & ꝙ non oĩno simplex est illorũ motus: ut Alexãder ostendit ꝓpter implicitũ esse eũ qui super rectã motũ ascẽdẽtium & descẽdentiũ, & quia circularitatẽ habẽt super naturã, qd qdem cõsen-

tiat magis participãtia.quãuis igitur Ptolemęus,& Plotinus,& Proclus,& ipse Aristoteles ignẽ moueri dicãt isto motu,nõ tamen dicũt ꝓprium ipsius hũc motum esse,ꝓpter conuolutionem cũ ultima sphæra,sed aptũ natum qdem eẽ,ad ipsum ut non uiolẽtia trahatur,sed cũ alio moueať:ut & planetæ cũ firmamento,etenim horũ non est ꝓprius hic motus,non tamẽ uiolẽtus sed supernaturalis. Hæc igitur quę hactenus attulimus,ab isto aduersus Aristotelem dicta sunt,&(ut existimo)soluta. redeundum est autem iterum ad ea quæ deinceps sequuntur.

t 11 *At vero & primã necessariũ est esse talẽ lationem.perfectũ enim prius natura impfecto,circulus autẽ perfectorũ.Recta autẽ linea nulla,nõ enim infinita,habere enĩ potest finẽ & terminũ,neq; finita vlla.omni enim erit aliquid extra, augeri enim cõtingit quãcũq;.itaq; siquidẽ prior motus prioris natura corporis,circularis autẽ prior recto,siq; rectus simpliciũ corporũ est,etenim ignis recta fertur sursum & terrea corpora deorsum,ad medium: necesse est circularem motum alicuius simplicium esse corporum,mixtorũ enim lationẽ dicebamus esse secũdum prędominans in mixtura simpliciũ.*

Com. 12. Ostenso ꝙ est simplex motus ẽm naturã q circularis alius ꝑter rectum,& ꝙ simplex motus simplicis corporis,cõclusit ex his ꝙ est aliqđ simplex corpus aliud ꝑter q̃tuor elẽta recti motus, quando neq; ẽm naturam, neq; ꝑter naturã possibile est aliquod q̃tuor elemẽtorũ moueri circulari motu,neq; ẽm naturã:ostendit ɔñter ꝙ & prius corporibus recti motus est corpus circulariter motum & diuinius, ostendit aũt hoc, ostendendo circularẽ motũ ẽm naturã esse primũ aliorũ motuũ. hoc autẽ,ostendẽdo circularẽ lineã natura priorẽ esse recta.hoc autẽ ostẽdẽdo ipsam eẽ pfectã,rectã autẽ impfectam,sicut & ex eo ꝙ simplex erat circularis motus, ꝓbauit aliquod corpus eẽ simplex,qđ circulari motu moueť ẽm naturã.ex eo autẽ ꝙ simplex erat circularis linea, ꝓbauit ꝙ simplex erat circularis motus,simul autẽ cum primo ꝓbatur & simplicitas:prima enĩ semp sunt simplicia, ꝓpterea ꝙ simplicia ꝑcedunt naturã cõpositorũ.Ostendit autẽ & ĩ octauo phy. ꝙ circularis motus est prior recto,ostendit autẽ hoc ibi ex eo ꝙ pfectus & simplex & ꝓprie cõtinuus sit, hic autẽ ex pfectione fit demõstratio.ꝙ enim pfectũ sit prius natura q̃ impfectum, palã.siqdem ex pfectis impfecta. ꝙ autẽ pfectus sit circularis motus,ostendit ex eo ꝙ circulus est pfectus. hoc autẽ ex eo ꝙ finitus est & finẽ habet,qđ qdem perfectis ɔuenit.& etiã ex eo ꝙ additionẽ non suscipit, manente specie. additio enim fit ẽm deficiens.ostendit aũt nõ in circulo hoc, sed ostendẽdo rectã impfectã esse p hoc ꝙ hæc nõ contingunt circulo,sed opposita,ostẽdit circulũ esse pfectũ.Qđ aũt omnis recta sit impfecta,ostẽdit primo diuidens illã in ifinitã & finitã.omnis enĩ aut infinita est aut finita,non ꝙ sit ifinita recta, ẽm ipm, finito exñte uniuerso,sed quia qdam putauerunt esse,& q̃uis non sit,tamẽ à phantasia semp augmẽtatam,cõprehendit diuisionẽ,ɔtradictionẽ interimens.Si igitur infinita est non habẽs finem aut terminum,sed iterminata existens, nõ utiq; erit pfecta. perfectũ enim qđ ɔsumatum iam & terminatũ & non hñs defectum eorum q̃ suiipsius sunt: finita aũt habet aliquid extra, ita ut apta sit augeri, qđ autẽ augetur nõdum omnia q̃ suiipsius accepit,& impfectũ ẽ. Circulus autẽ & finitus est & habens finem,& nihil extra augeri nõ potest manente spẽ.¶ Alexãder aũt circulũ ostendit pfectum, ex eo ꝙ principium mediũ & finem habet,siqdem principium ipsius/ait/ centrũ, terminũ aũt extremã lineã, medium aũt intermediũ horum planũ. Instandũ autẽ puto,ꝙ forte Aristo. nũc circulũ lineã accepit, in qua motus pficitur,non superficiẽ. ꝓpter quod neq; uoluit sic ostẽdere,ut Alexander. sed ex eo qđ finitus est,& additionem non recipit.habere aũt potest & principiũ & medium & finem, differẽter tamen,quia ubiq; horũ est unũquodq;,qđcũq; enim ipsius acceperis,hoc & principiũ & mediũ & finis esse potest.& erit utiq; hoc (ut existimo) argumentũ,ꝙ circulus sit omnino pfectus, siquidẽ diffinitionẽ ipsius pfectio insinuat. Sed quomodo omnis finitæ lineæ est aliqd extra ? diametri enĩ uniuersi finitæ existentis qd erit extra ? siquidẽ nihil est extra mundũ. quomodo autẽ nõ est incõueniẽs omnem rectã esse impfectam,si uere species aliq̃ est rectæ,q̃ debeat pfectione participare,sicut & aliæ species. q̃re licet sint impfectæ rectæ, tamẽ oportet esse & pfectam penitus aliquã ? Alexãder igitur tãq̃ ratione potentibus nobis augere omnẽ acceptã ita intelligit,nõ recta augumenta sed tantũ recta, q̃re species quidẽ rectæ ẽm quod recta, pfecta penitus & in parua & in magna. magnitudo aũt pfecta in hñte totã mensurã rectæ mediantis.pfectio autẽ ipsius & ẽm spẽm,ut ad circularẽ speciẽ, & ad pfectionẽ eius deficit,eo ꝙ nõ cõuertatur in seipsam,sed effundatur quantũ est in seipsa ad imẽsurationem & infinitatẽ.cõtinuis aũt mensuris terminatũ eẽ quãtũ ipsius.hoc igitur ostendit omnis finitæ lineę esse aliquid extra. uidelicet quantũ est in seipsa & optima fusione habet semp aliqd deficiens & apponi potens. Assumens igitur ꝙ pfectior motus sit prior,pfectum enim/ait/prius natura q̃ impfectum,& ostenso ꝙ circulus sit prior natura q̃ recta,qa perfectior,ut autẽ lineæ/super q̃s motus,ita

se habent

se habent & motus, cõcludit quòd circularis motus/sit prioris natura corporis, quàm motus rectus. conclusionem igitur tãq euidentem omisit duas ꝓpositiones cõtinuas exponẽs. ⁋ Deinde uolens ostendere ꝙ hoc prius natura corpus, cuius est circularis motus est, & simplex est, aliud ꝑter q̃tuor elementa, ostẽdit ipm (ut existimo) sic. si duo simplices motus sunt, existentes simpliciũ corporũ. s. rectus & circularis, rectus aũt eorum q̃ sub luna sunt simpliciũ corporum est, motorũ sursum & deorsum: necesse & circularẽ motum esse alicuius simpliciũ corporũ, alterius ab his q̃ sub luna. Motus enim semp est corporis moti, & simplex simplicis, quãuis enĩ corpus mixtũ aliquãdo moueat̃ simplici motu, ut homo à tecto cadens ad medium fertur, tñ & iste ẽm prędominãs in mixtura simpliciũ, hoc est, ẽm terrestre fertur hac latione. ⁋ Alexan. uero dicit hic primum natura corpus & simplex eẽ ostendi/ẽm augmentationem minoris & maioris, ut ita dicam quorum unus est motus, si est rationabile corpora simplicia esse, simplicia sunt, & si rationabilius motus circularis, simplex esse mobile, hoc magis utiq; erit simplex. ⁋ Fortè autẽ non est euidens id qđ circulariter mouetur simpliciter rationabilius esse simplex, sed si quidem motu priori natura moueatur, priora autem sunt simplicia q̃ composita: forsan igitur sic est magis interrogãdum, si quorũ posteriorũ existentiũ natura, hoc est eorum quæ super recta mouētur: (hoc enim ostẽsum est) quorum minus rõnabile est, simplicẽ eẽ substãtiam/simplex est: & quorũ priorum existẽtium natura/hoc est circulariũ, quorum magis rõnabile est simplicem esse substãtiam/magis erit simplex. hæc quidẽ igitur ad explanationẽ uerborũ Aristotelis dicta sint. ⁋ Dubitant autem qdam ut ait Alexã. ad dictam rõnem eo ꝙ perfectũ prius est natura: si enim mũdus est pfectior unoquoq; eorũ ex qbus est, qđ autem perfectius/prius, qđ autẽ prius & simplicius: erit mũdus, & prior his ex qbus est, & simplicior illis, nõ ꝑexistit aũt mũdus, ait Alexã. suis partibus, sed neq; simplicior uidet̃ q ex illis est ꝯpositus. ⁋ Cedẽs aũt his Alex. conat̃ soluere dubitationẽ p hoc ꝙ mũdus qdẽ pfectior dr̃ tãq maioris ꝯtinẽtię, circularis aũt motus pfectior q̃ rectus & circulus q̃ recta, nõ tãq ꝯtinẽs aliqd, sed spẽ. In sepatis igit̃ uerũ/ait/qđ perfectius, & prius, & simplicius esse. in totis autẽ & partibus non adhuc. Perfectius enim/ait/totũ esse suis partibus, & natura & suba primũ, sed non etiã tempore. qđ enim simul cum hoc qđ simplex est etiã perfectũ est, hoc & tempore primũ est. Qđ autẽ circularis motus prior sit recto nõ suba solũ, sed & tẽpore, ostendit Aristo. in octauo de naturali auditu. Hæc Alex. Fortè aũt non ẽm tẽpus accepta est prioritas. nõ enim erat tẽpus quãdo circularis motus & rectus nõ erat, quis semp causa tẽporis sit/ille. Neq; adhuc magis quãdo circulus qdem erat, recta uero nõ erat, sed ẽm naturã, plane dixit Aristoteles. qđ enĩ pfectũ, prius est natura q̃ impfectum, & iterum. q̃re si prior motus prioris natura corporis, & mũdus igit̃ pfectior partibus, prior ipsis est natura, ut etiã Alexãder cõfitetur. existimo aũt ꝙ & simplicior, si enĩ est prior natura, magis est unus, magis autẽ unum. unitati magis cognatũ est. qđ autẽ tale/simplicius. Nos aũt non ad totalitatẽ mundi unã aspicientes ẽm quã unum animal est aut imago ĩtellectualis animalis, sed ad multitudinẽ ipsius discretã: & hãc mundũ dicentes, simplicioré toto partem putamus, & partes priores, siquidẽ & totum à suo nomine in seipso adducit primã discretionẽ. Cõdemõstrato aũt ꝙ circularis motus/nõ solum pfectioris est & primi, sed & simplicis corporis, cum sit simplex, ut sit ratio, siue simplicis siue recti siue mixti adiecit. {mixtorũ enim lationẽ dicebamus esse ẽm ꝑdominãs in mixtura simpliciũ. } Ac si diceret. Et mixtorũ enim lationẽ etc. Quãuis igitur cõpositũ existens cœlum/circulo moueat̃, semper est aliqd in ipo simplex ẽm cuius dominiũ/mouetur circulari motu. ⁋ Obiicit autẽ & hic iterum easdẽ dubitationes Xenarchus. Primo qdem ꝙ nimium mathematicis usus est sermo fundamentis. s. recta & cirulari. Secũdo ꝙ nõ est simplex corpus naturale, ẽm peripheriam motũ/ꝓpter inæqualr̃ uelocẽ motũ esse eorũ q̃ apud centrũ, & eorũ q̃ apud peripheriã, & eorũ q̃ in medio horum mouent̃. Tertio ꝙ q̃uis sit quod circulariter mouet̃, non tamẽ est aliud ꝑter quatuor, siquidẽ & illorum, hæc qdem manent, hæc autẽ circulo mouent̃, quãdo fuerint pfecta, qđ qdẽ maxime igni cõuenit. motu enim recto ut etiã Aristoteli, uidet̃ impfecto existẽte, imperfecta cũ sunt mouẽtur. ⁋ Has instãtias tãquã iam ꝓpositas & solutas, neq; Alexãder uoluit ꝓponere. & ego quoq; decętero conabor trãsilire. nouus aũt iste coruus, ímo uero graculus, balbe garriens aduersus Iouis diuinã alitẽ, ut inqt Pindarus & cõtra ea q̃ hic ab Arist. dicta sunt ꝓdiens, primã instãtiã adducit, Xenarchi tertiã, subiiciens. Quãuis enim primũ/ait/qđ circulo mouetur, nõ iam aliud sit ꝑter q̃tuor, siqdem & illis pfectis existentibus inest manere aut circulo moueri. Dictũ est aũt prius sæpe, ꝙ non est ignis ꝓprius circularis motus, quãdo supra naturã suam ipso moueat̃ simul cum cœlo delatũ, q̃re cœli ꝓprie est, & si uere primũ est natura qđ circulo ẽm naturã mouetur, cœlum utiq; erit primum, aliud existens ꝑter hypercauma, qđ ignem uocamus. Deinde cõcesso tandẽ ꝙ perfectus sit circulus, tãquã principiũ habens & mediũ & finem, q̃ necessitas/ait/& motũ qui fit super ipso, esse perfectum? Si enim quia habet principiũ & mediũ & finem (ut Alexãder dixit, nõ Aristoteles) & qui fit super

finita recta habet aliquid tale. Et q̇dem si pfectum esse circulū iam cōcessit, rectā autē impfectam, ut Aristoteles supposuit, qūo utiq; habebit finē recta, cū sit impfecta? Si uero finē intelligere oportet, quod finientem habet, & q nulla additione indiget, non aūt qđ terminat solū, qđ quidē & additione indigentibus cōuenit, q̄re qui circulū perfectū, rectā autē imperfectā supponit, qđ quidē iste tandem fecit, nō habet locum dicendi pfectum esse motū qui fit super recta. Si autē non habet finē, neq; medium, quod est ad finē. Adhuc quoniā inqt circularē motum ppetuū supponunt, neq; principiū, neq; ultimū habentem: patet, q & hic qdem impfectus erit, tāquā infinitus, pfectus autē qui fm rectam finitam. Etenim infinitā, ait, impfectam dicunt, qa non habet principiū medium & finē, quāuis additionem non suscipiat. Hoc quidē ut existimo dubitatū est mediocriter à quocūq; sit dubitatū. ¶ Attēdere autē dignum q & circulus ppter hāc pfectionem pfectus est, qa omnis pars ipsius & principiū habet & medium, & finem. Et qui super circulū motus, quāuis infinitus sit, tāquā i ifinitū pcedens, non tamē tāquā præsentē habens infinitatem & indeterminatā, sed semper finitā speciem habet. oē enī acceptū ex ipso & principiū & mediū & finis, est cuiusdam periodi. q̄re perfectus cū sit. in infinitū pducit perfectionē. Totaliter aūt si aliquādo impfectus acceptus esset, nō posset in infinitū pcedere. neq; enim impfectus existēs posset habere uirtutē ad ifinitū. neq; quādoq; ad perfectionē deductus, si principium & successionē in parte temporis accipiat, ideo etiā in tempore aliquo ultra successionē pgrederetur. Quoniā aūt non est, ait, secūdum extrema infinita recta, palàm q & omnis motus qui super rectā habet & principiū & ultimū, & horum intermedia. igitur pfectus, quātum est in diffinitione perfecti. Hoc rursum eiusdem est cognationis cum aliis huius uiri dubitationibus. ultimum rectæ tāquā finem accipiens. q̇uis & ipse illud finem dici nouerit, qđ additionē aliā nō suscipit, tāquā defectiuo existente priore: qđ uere circulo qdem & circulari motui cōuenit, recte autē non cōuenit. Quāuis enim unūquodq; momentū circuli, non ultimū solum sed & principiū est motus alterius, non tāquā defectiua in aliquo priori pfectione, sed tāquā eadem pfecta existente fm speciem iterum & iterū facta. qui aūt super finita recta fit, motus, cū recta apposita fuerit, & ipse apponitur una specie imperfecti existente, q̄ cum additione fit. Sed si diametrū uniuersi nō est naturalē rectā maiorem accipere, qūo non est hæc perfecta fm finē propriū, quæ suiipsius spē accepta additionem nō suscipit? ¶ An & ad hanc dubitationem dictū est à me, quādo Aristotelis intellectū conatus fui explanare, nō cōtentus Alexādri satisfactiōe dicentis, q rōne possumus nos oēm acceptā augere? uolens sic oportere intelligere Aristo. aspicere ad ipsam spēm circuli & rectæ. hanc qdem suiipsius natura cōuenientem. hanc aūt quātū in se esset ad interminationē effusam, quāuis terminauerit ipsam, & cōphensam mēsurauerit ratio, cooperāte (ut existimo) circuli figura: hæc enim in seipsa & rectas cōtinuit, q̄ in ipsa ad infinitatem quātum in seipsis tendentes, ultimū quod cōueniebat acceperunt. Adhuc aūt, ait, motus cœli & tēpus mensuratiuū ipsius, siquidē perfectus est, habet principia media & finem & nō sunt infinita, neq; indefinentia, ut Aristoteles existimat. si aūt indefinentia non sunt pfecta. perfecta enim habent principiū media & finem. Sursum itaq; & deorsum, isto reuoluente easdē dubitationes, necesse & me eadē dicere: q sicut circulus, sic & unaquæq; periodus motus: & ipsius mēsura tp̄s per totū, & principium hn̄t, & mediū, & finem. sicut enim oē punctū in circulo, & principiū & mediū & finis est, ita & oē momentū in motu, & omne nūc in tēpore. Indeficientiam aūt habet in eo qđ iterū, & iterum. species igit̄ est & principiū habens ubiq; & mediū & finem, & additionem non suscipiens, sed nō qđ indeficiēs. hoc enim aliarū habet pfectionem. s. infinitatē uirtutis, & fortè hanc supernaturalē. siquidem uere uideatur oē finitū corpus finitā habere uirtutē suiipsius rōne. siue igit̄ à magnitudine cōsequentiam inchoās dicat aliquis, sicut se habet magnitudo, ita se hr̄e & motū & tempus, siue ècōuerso à tempore inchoet, palā est q fm spēm accipiendū est pfectum & principiū & medium & finē habens circularisq; magnitudinis, & restitutiui motus, & tēporis hunc mensurātis. oīum enim species & principium & media & finem habet, & ubiq; oīa tria apparentia, & nullā additionē suscipientia tāq defectum habentia, sed nō est mutua ostensio, ut putat. Si enim, ait, ex eo q circulus est perfectus, uoluit & motū qui super ip̄m fit, esse perfectū, supnaturalem aūt circulum eē, hic enim est cœleste corpus: & motum igit̄ ipsius ob hoc supernaturalē uoluit. Rursum aūt ex eo q perfectus est circularis motus, accepit, & q mouet̄ ipso perfectū est cœlum. mutua ergo, & nō demōstratiua est ratio. in his uerba ipsius pposui ad notandū & cognoscēdum ex paucis uerba uiri. Primū igitur putat circularē motū super circulū aliquē fieri: & motū cœli super cœleste corpus, non itelligens q ipsius motus est circularis motus: poſē est autē & quod non circulare, circulo moueri. etenim cubū possibile circa axē circulo moueri, quāuis circulū in seipso non habeat, & quod cœlū ip̄m mouet̄ circulariter, & qui in ipso circuli. Qūo igitur possibile est ip̄m esse quod mouet̄, & id super qđ est motus? Sed neq; rotunditate cœli interim Aristo. usus est, inqt: hoc enī posterius oñdit, sed circulari motu, quē pficit circu-

latio astrorum ab eodem in idem ſm æqualem à terra distãtiam:ostẽdit autem non tãq̃ à cœlesti corpore ut à circulo perfectum esse circularem motũ,sed à specie ipsa motus:distẽsionẽ enim habens aliquam & figurã,habet quãdoq; quidem rectitudinem,quãdoq; autem circularitatẽ,& hunc circulũ tãquã perfectum accipiens ,ppter ubiq; circuli spẽm ab ipso motum figuratũ ſm ipm perfectũ ostẽdit,& ab hoc tãq̃ à manifestiori:manifestiores.n.substantiis sunt operationes,substantiam cœlestis corporis,hoc est circuli perfectã esse syllogizauit.q̃re neq; mutua est ostẽsio,ut iste putat.Sed & si sphæricum/ait/cœleste corpus est,qa sphæricũ est,ob hoc nõ differt à reliquis elemẽtis, quorũ totalitates uult esse sphæricas etiã ipse Aristo.Rursum igitur cogor eadem dicere,q nondum sphæricum cœlũ demõstratum est:neq; tãquã sphæricũ nunc perfectũ esse/ait,sed tãquã circulariter motũ hoc motu, tãquã perfectũ perfectis conuenire uolens.Quãuis igit sphærica sint & alia elemẽta,non tamẽ primo ex sphæralitate ostẽsum est nũc,q cœleste corpus sit aliud à quatuor elemẽtis,deĩde neq; in his est uera sphæralitas,sed & ipsum quod habent à cœlesti compressiõe habẽt fortè supernaturaliter & hoc suscipientia.Iterum autẽ tãquã pœnitẽs q concesserat perfectiorẽ esse circulum q̃ rectam,cõtrarium ostendere conat.Si.n.ait/superficialis circulus accipiat:ut Alexander uidet,nõ habet centrum actu,ne diuisus existẽs penes ipm,nõ iam sit continuus,qa non habet principiũ:finitæ aũt lineæ,siue naturalis,siue mathematicæ extrema actu sunt.Quãto igitur/ait/qđ actu perfectius est/eo qđ potentia/tanto recta perfectior erit circulo.Sed siqdem ad exercitiũ iunioribus hæc,pferret,fortè utiq; haberent aliquam rõnem nõ ingratam.qm̃ autem ut dogmata,pfert ista cõtra beatitudinẽ cœli,cũ tam uilia sint,utiq; miser erit ipse iuste,& qui ab his fuerint seducti.qualr̃ enim cẽtrum uniuersi dicit eẽ potentia,circa qđ totum cœlum mouet perpetuo motu?palàm est etiam q polos cœli putat esse potẽtia solũ.Causa autẽ ,ppter quã uoluit ista aduersus hęc dicere,adhuc magis ipsius redarguit ignorantiam:non.n.est actu/ait/centrũ circuli,ne continuitas ipsius interrũpatur:& siqdem ſm assignatã continui diffinitionem/cõtinua sunt,quorũ ultima sunt unũ,centrum autẽ unum existens cõmune est rectarũ delatarũ ab ipso ad circũferẽtiam:quomõ utiq; hoc ens actu dissoluet cõtinuitatem? Si autem linearis/ait/circulus,primo qdem mathematicus erit & nõ naturalis,deinde cẽtrum non solũ talis circuli nõ est accipere actu,sed neq; intermediũ peripheriæ & centri:quãuis quis audiens linearẽ circulũ/aliqd intermediũ circũferentiæ & centri inquirit,tamẽ de lineari de quo rõnem Aristo.facit. dicẽdum est qđ linearis est,cuius ſm motum distẽsionis,omnis pars & principium & finis est,,ppter qđ & totus per totũ perfectus est circulus.Deinde instat ad hoc q finitã rectam augere possibile est, producens diametrũ mundi/& Alexãdri expositionẽ/dicẽtem,q ratione nihil ,phibet omnem finitã rectam augere,meditationibus qbusdam nouis destruẽs.Dixi autem q ad naturã recte aspexit Aristoteles non cõuertis ad seipsam,sicut circulus,sed quãtum in seipsa ad interminationem effusæ,sicut & huius uiri sermo.Et circulo/ait/si uere corpus sit,circũquaq; corpus circũfusum extrinsecus & adiectum maiorem facit.uide q neq; diffinitionẽ circuli nouit iste,si corpus ipm supponit, sed neq; Alexãder superficiem ipm supponens cõsone Aristoteli(ut existimo)expõnem fecit.Qualiter autem apponi circulo sphæricum dicetur extrinsecus circũfusum,non ablata priori superficie,sicut in recta quãdo ipsam adaugebimus primum ipsius ultimũ exterminãtes,pro bicubitali tricubitalẽ facimus rectam?in circulo autẽ/circulum circa circulum & sphærã circa sphærã circũiacimus.Sed multa/ait/circularia & sphęrica in aĩalium corporibus ab alimento ingrediente adaugentur, sicut circulus capitis hominis,& circulus corneæ tunicæ in oculo.Qui autẽ hæc obiiciũt nõdum Arist.intellectum de his attigerunt.Finitam.n.rectam/ait/imperfectã,quia est aliquid extra ipsam ad qđ cõiunget ipsa manens & solam terminationem amittẽs:circulus autem qui ab alimento auget,aut sphęra deintus auget non facta sibi appositione deforis,sicut in recta:propter qđ non dicitur aliquid esse extra,sed augetur tota spẽs.,ppter quod nõ dicitur huic apponi quod aduehit:non.n.sustinet suscipiẽs appositionem,ut recta.Et si igitur augeat diameter uniuersi,non similr̃ ipsi adauget sphęrica superficies, sed recte qdem manet prior pars additionem suscipiens,,ppter qđ & imperfecta illa uidetur. sphæricæ autem superficiei aut circuli nihil manet priorum:alia enim circunductio fit circulationis.quare non similiter in circulo & in recta augmentationem intelligendum,sed hic quidem secundum appositionem.appositio autem ſm deficiens:hic autem ex perfecto/producto iterũ perfecto & terminato.uituperans autem & assignatam pfecti diffinitionẽ in multã/ait/ipsam excidere incõuenietiã,tẽtans manũ/aut lignum/aut terrã/aut ignẽ/aut aliquã aliarum partiũ diuidere in principiũ & mediũ & ultimũ.Et quãuis non uelit aliquis hoc pfectum eẽ quod habet principiũ & medium & ultimũ: tamen omne corpus cui nihil deficit semp ex his pfectum est.etenim manus prima quidem ps erit ſm quam toti copulatur,extrema aũt apud digitos,media aũt uola,& linguę similiter. sphæræ aũt principiũ habent,ſm aliquid qdem in centris, ſm aliqd aũt in peripheriis. Homœomera aũt si sint

perfecta h ñt penitus & ipsa. & de corpore tres hñte dimẽsiones, nõ dubitamus, ut iste putat q̃ habẽt rõnem principii, quę medietatis, & quæ ultimi. Palã est enim quod principiũ quidẽ quod fm lineam & lõgitudinẽ, medium aũt quod fm sụpficiem, ultimũ autẽ quod fm profunditatẽ. ¶ Si aũt cubus facit dubitare, quia habet tres dimẽsiones ęq̃les, quę quidẽ principiũ, quæ aũt mediũ, & q̃ ultimũ: dicam ꝙ eam q̃ ut longitudo determinãtur, sumemus principiũ quãuis indifferẽs. unde igiť est accipere & in sphæra, lõgitudinẽ quidem quã determinat maximus circulorũ qui in ipsa, latitudinẽ aũt totam superficiẽ, ꝓfunditatem aũt dimensio descendens à sụpficie usq; ad centrũ. Quale autẽ aliud sapiens meditatus est iste gloriosus? si linearis, ait, circulus fm quod habet principiũ & mediũ & finem, perfectus est, & fm qđ non tres habet dimensiones impfectus est. quare fm aliquid quidẽ pfectus, & fm aliquid impfectus. Si igitur circularis motus, super circularẽ lineã, & non fm id quod triũ dimẽsionum, impfectus & ipse. si igitur ex esse perfectũ circularẽ motum uoluit (inquit) ostẽdere ꝙ & prior est recto: oportebat ipm fm uniuersalem perfecti intellectũ diffiniuisse, & ostendisse omni quidem circulo diffinitionẽ cõgruere, & nulli rectæ. ignoscat itaq; omnis cũ diligentia legens, si tales huius sentẽtias p ipsius uerba nolui trãscribere. uerecũdia enim hoc facio quia nõ crederet aliquãdo hunc talia intelligentẽ audere Aristoteli cõtradicere. dicit nãq;, quod pfectionẽ corporis non habet linearis circulus. palã autẽ ꝙ neq; humani corporis. non enim habet caput & pectus, & pedes: neq; pfectionem iudicialis orationis. ꝓœmia enim ipsi & epilogi & horũ media nõ insunt, non est ꝓprie pfectus, qm̃ non omniũ specie simul cõprehensas habeat pfectiones, cũ ipse sit determinatus fm unã spẽm, sed & hac rõne neq; totus est. non enĩ habet æqui totalitatẽ. cõem uero forma perfectionis. s. principiũ habere & mediũ & finem, & circulus habet fm suã speciẽ, sicut & corpus fm suam. Et mirũ ꝙ Aristo. cum audisset dicentem. (finem enim & mediũ & principiũ numerus habet omnis, oẽ autẽ & pfectum fm speciẽ non differunt abinuicẽ) & ipse ẽt nũc utens sic nomine pfecti, cõfestim ad talẽ intellectum cõtradicit, quãdo dicit. ꝓpter quid totaliter principiũ habens & ultimũ, & mediũ, pfectũ est. & tamẽ adhuc Aristo. expostulat uniuersaliter intellectũ pfecti diffinire, nisi fortè uniuersaliter nõ cõe dicit, sed qđ ex omnibus his q̃ fm partem fm drias ipsorũ collectũ, quod qdem impossibile erat. Quærit autẽ ꝓpter qd totaliter principiũ habens & ultimũ & medium perfectũ est. & nõ magis qđ neq; principium habet, neq; ultimũ, ut infinita linea, neq; enim fm notionẽ apponere uult id qđ additionem suscipit, & mirabile ꝙ Grãmaticorũ libris deditus nõdum quæsiuit etymologiam τελείου. i. perfecti quã omnes à τέλους. i. fine deducunt. habens. n. finem suorum complemẽtorũ, semper & medium habet & principiũ, non autẽ principium solum habens, aut principiũ & medium, nõ ut medium prorsus iam & finẽ accepit: & ꝓpter hoc etiã Aristo. omne & perfectũ nihil differre fm spẽm, ait. si autem finem oĩum perfectissimum dicimus: perfectũ utiq; erit qđ omnibus suis bonis repletum est primis & mediis & extremis. & si hoc sit magnitudo partibus cõuenientibus sibi. infinita aũt recta, primo quidem neq; est. quare ꝓprie ualde Grãmaticus solam magnitudinum quæ non est perfectam uocari profatur: deinde & si existeret interminatam & incomprehensibilem haberet subsistentiam ipsius, & subsistẽtiæ intellectũ finis, aut suis complementis circũscriptus est. His igitur & hãc Aristo. literã quicũq; est iste per ꝓlixas nugas molestare ꝓperat. sed ad ea quæ deinceps ꝓcedendũ.

t.13 *Ex his vtiq; manifestũ, quia nata est esse quædã substãtia corporis, alia præter eas quæ hic sunt consistentias, dignior & prior omnibus his.*

Com. 13. Cõmunem dictis cõclusionẽ adducit, positis enim illis manifestũ est ex ipsis ꝙ est aliud aliqđ corpus simplex. s. circulare p̃ter quatuor elementa, diuinius ipsis & prius natura. Si. n. ostẽsum est ꝙ circularis motus simplex & prior natura est, quàm rectus: simplex autẽ & prior recto est simplicis corporis & natura prioris corporibus recti motus: simplex autem & prius natura, & diuinius est, palã quòd ex positis conducta est conclusio ista.

t.14 *Et si quis vtiq; adhuc accipiat omnem esse simplicẽ motũ, aut scd̃m naturã, aut pręter naturã, & eum qui alij pręter naturã, alteri scd̃m naturã: vt qui sursum & qui deorsum passi sunt. hic. n. inest igni, hic autẽ terræ, præter naturã & scd̃m naturam. quare necessarium est & circularem motum, quoniam his præter naturam, alterius cuiusdam esse secũdum naturam.*

Com. 14. Non solũ ex iam dictis concluditur aliud esse p̃ter quatuor elementa circũlatum corpus, sed & ex argumẽtis quæ nũc proponit. quorũ primum est (ut existimo) tale est fm Alexan. omnis motus naturalis simplex, aut scd̃m naturã inest corpori simplici qđ mouetur ipso, aut p̃ter naturam, qui aũt pręter naturam inest alicui, alii inest fm naturam: hoc enim est p̃ter naturam moueri naturali motu,

moueri

moueri ipm motu qui est alterius fm naturam,& non fm propriam naturá.oís enim motus natura lis est fm naturam alicuius mobilis. Si igitur circularis motus naturalis est,naturalis aût,si pter natu ram inest alicui,alii inest fm naturá.palá q circularis motus,& si ponaf præter naturá inesse qtuor elementis,nihil minus erit corpus pter hæc,cui scdm naturá inerit circulo moueri. Obiicit auté ad hæc Alexander ignem,Aristotele dicente, q corpus quod deinceps circulariter moueť semp ab illo circüfertur circulariter.& Xenarcho etiam instantiá ferente Interrogandú aút/ait/utrum pter naturá inest illi circularis motus,aut fm naturam?& si dicat quis pter naturá inerit aliquis ipsi fm naturam ut qui sursum.qm igitur pter naturam ipsi inest ille qui est deorsum,duo uni cõtraria erunt. quare circulo feruné scdm naturá,aerq; & ignis.Obiicit auté primo de lateritia sphæra.si ení aliquis mota ipsa circulariter,interrogauerit utrum præter naturá inest ipsi circularis motus,ostendeť q non pter naturam,erit enim aliquis ipsi fm naturá,aut sursum aut deorsum,non enim sunt alii pter hos simplices.si aút quis dixerit,alter alterius erit.Est auté & circulari motui pter naturá otrarius,duo ergo uni cõtraria ut igitur hoc non eueniat,necesse est dicere,fm naturam etiam talisphæræ circularé mo tum inesse,non necessario aút(ut existimo)sphærá supposuit,neq enim Aristo.adhuc de cœlesti cor pore tanq de sphærico facit sermoné,sed à circulari motu arguit.circulo aút moueri põt,& cubus,& prorsus non circularia corpora Soluit auté Alexáder dubitationé dicens,q neq corpus quod circüducitur cum cœlo,circulariter moueť, neq enim simplex est motus ipsius, circüducto enim ipso necesse siquidé est aliquid leue in ipso,sursum ferri,si auté aliquid graue,deorsum.mixtus igitur est motus,sed neq lapidea sphæra uel lignea circulo moueť/ait/sed sursum & deorsum,si sursum qdem qd à medio uniuersi:deorsum aút qd ad mediú.Sed hoc qdé (ut existimo) cõmodius poterat solui, dicendo nõ naturalé eé talé motú,neq simplicis,sed artificialé & compositi.& pp hoc,neq huic fm naturá,neq alii alicui,qre neq pter naturá,siquidé neq alii scdm naturá. Ad solõnem auté ignis insuper dubitandú planetis motis circulari motu,etenim etiá ipsi simul circüferütur ab ultima.& palá q neq est in his leue,aut graue,neq ascendens uel descendés. & fm naturam qdem non utiq inerit ipsi,siquidem alium hñt motum scdm naturá,ab occasu.unus aút uniuscuiusq simpliciú naturam motus,pter naturá autem Aristo.etiá non ocedet post pauca dicés,q mirabile & penitus irrationabile cõtinuú & perpetuú,motum pter naturá esse,citissime enim corrúpi quod pter naturá,sed dictum est prius,quod & igni & planetis erratico conuenit talis motus,neq secundum naturam,neq præter naturam,sed super naturam est. & sic præter naturam tanquàm secundum naturam alterius melioris uitalem motum imprimentis secundum uitæ altiores mensuras,talis autem motui præter na turam non est contrarius,neq enim fm contrarias qualitates inest,ut qui sursum/& qui deorsum, neq repugnant inuicem,saluaf enim magis ab eo quod supra naturá id quod fm naturá.Sed ipsius Aristo.sermoné cõsiderádum,qúo dixit circularem motú inesse pter naturá his q sub luna sunt elementis,quorú terram & igné nominauit,neq enim pter naturam inest terræ,aut aquæ,aut ei quod deorsum aeris circularis motus. Alexáder quoq dicit,q motus circularis,qtuor corporibus pter na turam inest, Aristotelesq; sic accepisse uideť,eum qui alii pter naturá,alteri fm naturam ineé dicés, & exempla eius,qui sursum,ignis eius qui deorsum & terræ, & q duorú horum motuú hic quidé igni,hic auté terræ, præter naturá,& fm naturam inest. Forte igiť {qm his pter naturam, alteri fm naturam}nõ ita dictú est/tanq terræ,aut alicui aliorú elńtorum sublunariú præter naturá quidem, circulariter aút motorum,sed ut negationem eius,quod fm naturam accepit,quod præter naturá,ac si diceret qm quatuor elńtis non fm naturam inest circularis motus naturalis existens & simplex, siue tanq neq ,pr̄sus motis ipso,etenim de talibus/scdm naturam,uerum nõ est dicere,siue tanq mo tis ipso,non tamé scdm ,ppriam naturá,sed scdm naturá alterius: necesse est alterius cuiusdam ipm esse fm naturam moti. Sic enim pmissam instantiá soluemus dicenté,quomõ superius cum dixisset, neq scdm naturam,neq pter naturá inesse quatuor elńtis circularé motú,hic præter naturá ipsis inesse ait?siquidem ibi/præter naturam/acceptú fuit priuatiue ei quod scdm naturam est oppositum, propter quod & duo contraria uni illata fuerunt,hic autem negatiue.

t.15 *Adhuc auté si qdem est circularis latio alicuius scdm naturá, palá est q erit aliqd corpus simplex & primú,qd natum est quéadmodum ignis sursum,& terra deorsum,circüferri scdm naturá. si vero præter naturá feruntur lata circú scdm peripheriá,mirabile est & omnino irrationabile solum esse continuum hunc motum & sempiternum, existentem præter naturam. videntur enim in aliis citissime corrumpi, quæ præter naturam sunt.*

Ex diuisione iterú idem ostendit/q aliud aliqd præter qtuor elementa est,qd circulari motu mo Coñ. 15.

uer. dicit aũt ita uirtute, circularis motus, qm̃ naturalis est, & simplex motus inest naturali alicui & simplici corpori, aut sm naturã, aut præter naturã, ex abundãti diuisione utens. quoniã palàm q; naturalis existens omnino sm naturam inest alicui, ppter ineuitabilitatẽ autẽ diuisionis & simul multipliciter afferens pblema, & hoc apponit argumẽtũ dicens. si sm naturã est circularis latio simplex cum sit & prima, qd quidẽ ostensum est, omnis aũt motus, moti semp est corporis, erit utiq; aliqd corpus simplicium corporũ, & primorũ, qd natum est hoc motu moueri, aliud pter ea q̃ recto motu mouent, ut enim illa motu recto ita & hoc circulari mouet. Si aũt præter naturã inest circularis latio illi cui inest (idẽ aũt est ac si diceret, si pter naturam ferunt q̃ feruntur circulariter circulari motu) mirabile & omnino irrationabile est, circularẽ motũ si sit pter naturam, solũ esse cõtinuũ & ppetuũ, quod qdem in octauo de naturali auditu ostensum est. Sed mirabile qdem est hoc q; multũ naturę ↄsuetudinẽ trãsgressus est, hæc eni sunt mirabilia. penitus aũt irrõnabile, si qd est præter naturã continui & ppetui motus sit causa. uident enim in aliis citissime corrũpi, q̃ præter naturã sunt, laborat enim unaquæq; natura operans nõ sm suiipsius spẽm. quæ enim sm naturã mouentur, mouentur à uirtute per se naturaliter operante & ipsi coexistente, ppter quod & sine labore mouentur. q̃ aũt præter naturam, patiuntur magis q̃ operantur, non à naturali uirtute mota, sed extrinsecus pulsa ui: propter hoc enĩ naturalia corpora requie nõ indigent, qa sm naturã suam operantur. Animaliũ aũt corpora indigent omnino requie, quia ipsorum corporũ non sunt sm naturam animales motus 7 sed ab animabus utentibus corporibus tãq̃ organis, tãq̃ ab altero mota mouentur.

Quare siquidẽ est ignis quod circũfertur, quẽadmodum aiunt quidam, nihil minus ipsi pręter naturam est iste motus, q̃ qui deorsum. ignis enim motũ videmus esse qui à medio scd̃m rectã.

Cõm. 16. Alexãder ait superius ostẽsis sequi hoc dictũ. dicentibus enĩ circulo moueri ignẽ, sequit q; præter naturam ipsi insit iste motus, nihil minus q̃ qui deorsum, si uere sm naturam ipsi inest qui sursum, unus autẽ unius sm naturam motus est. Fortè aũt non est hoc qd dicitur q; igni pter naturã sit circularis motus, hoc enim dictũ est sæpe: sed ostenso q; circulo moti corporis, nõ est pter naturam circularis motus, cõtinuus & ppetuus cum sit, cõmuni ostendit utẽs præostẽso, eo. s. q; non est pter naturam circulariter moto corpori, circularis motus, q; circulariter mobile corpus non est ignis. ostendit autẽ ita. Si circulo motũ corpus est ignis, seqtur q; insit ipsi præter naturã circulatio, non minus q̃ motus deorsum, si uero circularis motus nõ inest pter naturam circulariter moto, si uere cõtinuus est & ppetuus, neq; ergo circulo motũ corpus est ignis. Possibile autẽ est & in scd̃a figura affirmatiue syllogizari, ita: circulariter moto corpori nõ inest pter naturã circularis motus, igni pter naturam inest circularis motus, corpus ergo circulariter motũ nõ ẽ ignis. si autẽ ita intellexerimus dictũ, neq; dicemus q; litera aliquo indigeat, sicut Alexãder dicit, q & hoc apponit, q; qui dicunt ipm subtiliatũ & non aliter circulo moueri circa polũ, qa qui super recta fit, est eleuatio in altum, polo nõ adhuc ad ipsum ptingente, & isti confitẽtur ipm præter naturã moueri polo, deductũ ui. uiolentus autẽ motus pter naturam: qui aũt pter naturam, posterior eo qui sm naturam. quare primus nõ est circularis motus, si uere ignis esset quod circulo mouetur. ⁋ Alexãder autẽ hic multis & ualidis argumentis utitur q; nõ insit igni sm naturã circularis motus, nõ. n. rationabile/ait/naturaliũ corporum duo tantũ dicere moueri motibus sm naturã, si quidem nõ ignem solum, sed & id aeris quod facile duci põt, dicunt moueri circulo. Incõueniens autẽ/ait/& ignem existẽtem simplicem duorũ motuũ principia habere sm naturã: q; enim & eũ qui sursum est seruabit, palã est: si enim distrahatur rursum sic mouebitur, fortè uero si distractus fuerit, impfectus factus, motũ rectum pro circulari trãsumit, sursum autẽ factus & perfectus, abiicit qdem motum rectũ cõgruentem imperfecto, sicut & abiicit eẽ imperfectũ, transumit autem motũ congruẽtem perfecto, qa perfectissimo factus est cognatus, nõ à loco autẽ transumit circularem motũ, sed à uicino sibi circũlato corpore, neq; uariat speciem simplicẽ, & circularem motum assumens, si uere rectus motus erat ignis, qui autẽ circularis, perfecti: neq; eni terram spẽm mutare dicimus, quando deorsum lata quieuerit, sed ipsi quidem impfecte existẽti motum super rectam damus, mansionem autem perfecte. qui uero ignẽ sm quod ignis sursum moueri dicit, & terrã sm qd terra deorsum, & non distinguens ipsorum ĩperfectiões & pfectiões, & utiq; horũ ↄueniẽtes motus uel mãsiões, dicet utiq; quæ Alexã. sm aliqd bene dicta.

t 16. *Propter qd ex omnibus his præter corpora quæ hic, & circa nos sunt aliquis syllogizans, credet q; est aliquid alterũ segregatũ, tanto honorabiliorẽ habens naturã, quãto plus elongatũ est ab his.*

Cõm. 17. Credulitas duplex est, hæc quidem sine demõstratiõe irrationabiliter facta, qualem qdam hñt & de maxime

de maxime abſurdis,hæc autē poſt demōſtrationem,quæ certa eſt,& irredarguibilis, & ueritati entium cognata.Qm̄ igitur demōſtratiue dicta ſunt p̄dicta,merito dixit,ſyllogizans credet,abūdat autem talis fides,à ſciētiali notitia cōpaſſione uitali,ꝑpter qđ & pħiæ ꝑprie uſus fuit.{fidem habebit,} quia notitia de diuiſionibus firma cū ſit,& cōpaſſio uitalis coexercitatur.Poteſt aūt & {credet} dicere quia ex ſuppoſitione ſyllogizatū eſt,& palá eſt ꝙ ſicut ſe habent ſuppoſitiones ad euidentiá,ita ſe habebunt,& quæ ex ipſis ad fidē.Melius autem (ut exiſtimo) eſt etiam dicere,qđ neceſſarii demōſtrationibus oſtēſum undiq; ſibi fidem cōciliat,maxime autē in ſermonibus de diuinis,eá quæ à fide eſt compaſſionem nō ſolum efficiētem firmitatem ueræ cognitionis,quando poſt demōſtrationem aduenerit,ſed & unionem ad ſcibilia,quæ eſt finis humanæ beatitudinis.p̄cedit.n.ductiuus amor,deſideriū diuinæ pulchritudinis excitans in animabus,ſequitur aūt uera illius compħenſio,dignos,poſt hæc autem fides firmam collocationem in illo & unionē ad ipſum largitur.Qđ autem quanto plus loco ſeparata ſunt cœleſtia ab his quæ ſunt in generatione & corruptione,tāto magis honorabilitate ſubſtātiæ excedunt,palá utiq; erit,etenim hæc qdem ad extremum uniuerſi ꝑpulſa ſunt,cœlū autē ſummitatē corporalis ſp̄ci ſortitum eſt.¶ In his itaq; expoſitis iam uerbis Xenarchus inſtat & ad alia quidem de qbus iam dictū eſt,etiam ad hoc,unū uni dici cōtrarium.non facile eſt enim/ait/ cogentibus moueri ignē,ſm̄ quácūq; ſp̄em lineæ/ſiue ſimplicē/ſiue etiam uariá.dicimus aūt/ait/& in ſermonibus de moralibus,unicuiq; uirtutū duo eſſe cōtraria,ut prudētiæ qdem aſtutiam & ſtultitiá:fortitudini autē audaciá & timiditatē,& in aliis ſimilr̄.¶ Dicendū eſt autē ad primū quidē ꝙ p̄ter naturá motus,ſingulorū proprios eſſe oportet,natura.n.ſunt & hi,ſed non ex artificio,uariæ autem ſpēs linearum,nihil ad rōnem faciunt:ſimplices.n.ſunt ſimpliciū motuum lineæ,adhuc autē motus p̄ter naturam tales eſſe oportet,ut aliis inſint ſm̄ naturam.¶ Ad ſcd̄m autem ꝙ unaquæq; uirtutum mediocritas cum ſit,quæ ex utraq; parte ipſius duo,ut incōmenſuratio ad incōmenſurationem opponūtur,etenim hoc qdem eſt exceſſus,hoc autem defectus ſed ambobus eſt cōmune incōmenſuratio,hoc autem & ipſe ꝓcedens nouit,qa ſtultitiæ qdem aſtutia opponiť,& audaciæ timiditas:prudentię autem/neq; aſtutia/neq; ſtultitia,ſed qđ eſt ambobus cōmune,& fortitudini,qđ cōmune eſt audacię & timiditati,ſicut excedenti qdem defectiuū opponitur,id autē quod eſt cōmune amborū,inęq̄litas æqualitati,ſed ſi hæc uera ſunt/ait/non neceſſe eſt cœlū quinti alicuius corporis eſſe,ꝑpter duo uni non opponi.ſ.circularem motū ignis,& eū qui ad deorſum,ei qui ad ſurſum. Opponitur.n.ut quidam exceſſus & defectus,qui ad ſurſum,ei qui ad deorſum.ut autē inæqualitatem ad æq̄litatē amborum cōis,hoc eſt qui ſuper rectá ad circularem.Hæc autē dicta ſunt gratioſe,ſed nihil ut exiſtimo ad dictam ab Ariſto.contrarietatem,non.n.motū ſurſum & deorſum táquá duo/circulari oppoſuit,ſed circularem & eū qui deorſum,ei qui ſurſum.Ad ſuppoſitionē uero dicentem ignē eſſe qđ fertur circulo,ſi uere huius qui hic eſt ignis habēs intellectū dicit qđ ſm̄ naturá ſurſum moueť,nō inconuenieńter dixit Ariſto.ꝙ nihil minus ipſi p̄ter naturá ineſt circularis motus,q̄ qui deorſum,ſic autē & prius cōtrapoſitum fuerat.Qm̄ igitur duo quæ p̄ter naturá oppoſita uni quod ſm̄ naturá accepta ſunt,merito duo uni cōtraria cōcluſit.¶ Grāmaticus aūt hoc in loco p̄cipitem ſuam oſtēdens ignorátiam,nō erubuit dicere,in uerbis Ariſtotelis eſſe cōtrarietatem,ſiqdem/ait/in ſecūdo argumēto uolēs oſtendere ꝙ nō eſt unum quatuor elm̄torū qđ circulariter mouetur.dixit ꝙ neq; ſm̄ naturá/neq; p̄ter naturam ineſſe q̄tuor elementis circularē motum,qa præter naturá ipſis ineſt alter qui ſuper rectam eſt,& unū eſt uni cōtrarium.Hic autē rurſum uolēs oſtendere ꝙ neceſſe circularem motū alicui alii p̄ter quatuor elemēta ſm̄ naturá ineſſe,accepit cōfeſſum ꝙ ipſis quatuor circularis motus p̄ter naturá inſit:cū autē naturalis & ip̄e motus exiſtat & ſimplex,ip̄m oportuit alicui oīno ſm̄ naturam ineſſe,ſi autē p̄ter naturá ipſis ineſt circularis motus,quoniá & ſuper rectá eſt aliqs ipſis p̄ter naturam,oppoſitus ei qui ſm̄ naturá,duo ergo uni cōtraria erunt,& ſm̄ hác ſuppōnem aut in illis falſo accepit,ꝙ nō cōtingit aliquod quatuor elemētorū eſſe cœleſte corpus p̄ter naturá circulariter motum,aut nūc male ſuppoſuit,p̄ter naturá ineſſe quatuor elemētis circularem motū.qđ enim illic ſuppoſitioni accidere dixit incōueniens.ſ.duo uni cōtraria,idem & nūc poſitæ accidere,oſtēſum eſt.¶ In his itaq; quáuis breuius/tamē ferè ipſis uerbis ipſius expoſitis,primum quidē attendere oportet,ad proxime dictū,ſi uere in utraq; ratione idem incōueniens cōcluſum eſt.ibi.n.confeſſe ad incōueniēs ſermo deductus eſt.ſ.non ſaluari unum uni ɔtrariū eſſe,hic aūt euenit circularem motū,quoniá ſublunaribus prēter naturam ineſt,alii alicui ſm̄ naturá ineſſe.Quod autē neq; improbabile,qddá neq; repugnantia ſit,quòd primo qdem/neq; ſm̄ naturá/neq; prēter naturá ineſſe elementis circularē motum dixit Ariſto.nunc autē p̄ter naturá,oportebat qdē ut exiſtimo,& ex hoc ipſo diſcernere ꝙ Ariſ. tam uicine non utiq; cōtraria diceret,& bene dictis magis credere.quoniá autē ad deterius declinat,uenerabilem ſeip̄m exhibere exiſtimans:quáuis pauca quædá ſint in expoſitione locorū illorū dicta:

iterum tamẽ necesse est dicere, q̃a ibi q̃dem præter naturam cõtrarium accepit, ꝓpter qđ & cõclusit, duo uni cõtraria, tãquã & circulari motu ꝑter naturam inexistente igni, & eo qui deorsum; hic autẽ prǽter naturam accepit, qđ est eius qui ſm naturã negatiuũ, qđ potest q̃dẽ & priuatiuo eius qui est præter naturã congruere. põt etiã de non totaliter existẽte uerificari, potest etiã de eo qđ supra naturam intelligi; & hoc merito, q̃a eorum q̃dem quæ sub luna sunt elẽtorũ, hæc q̃dẽ neq; totaliter mouentur circulari motu, ut terra & aqua, & is qui ipsis circũsistit aer, hęc autẽ mouent̃ quidem, sed alterius motu. Quapp hic accipiendũ est ꝑter naturã pro eo qđ est supra naturam, propter quod neq; conclusit hic, duo uni contraria, sed ait quoniam his præter naturam, circularis motus, alterius alicuius est secundum naturam. quomodo autem si tãquàm priuatiue, acceptum est nunc, prǽter naturam dixit, cum ignis & terræ memoratus fuisset proxime, quam neq; prorsus uult moueri circulariter? si autem non putat contingere, quod/ait/elementum præter naturam moueri, tamen nihil minus ꝑter naturam ipsis/ait/circularẽ motum esse ꝑter naturam, & ita rursum duo uni erũt cõtraria. Quæ duo ò optime? si circularis, neq; ſm naturã inest alicui elementorũ, sed nihil ꝓhibet/ait/& nos conuertentes rõnem, rectos motus ꝑter naturam dicere ineẽ quinto, ſm ipm, & circulari corpori, q̃uis nũquã ꝑter naturam ipsis moueat̃, simplices. n. sunt & ipsi, igitur rursum uni circulari ipsius ſm naturã motui, duo recti, ꝑter naturam ipsius motus, contrarii erũt. Sed si nũquã hi neq; ꝑter naturã insunt quinto corpori nõ ut cõtrarii ei qui ſm naturam ipsius, sed ut negatio dictũ erit, præter naturam, pro, nõ ſm naturam, qđ quidem & de eo qđ neq; est ꝑter naturam, uerificat̃, nullũq; est incõueniens sic ꝑter naturam dicere, neq;. n. duo uni cõtraria erunt. Quod aũt studio cõtradicendi obcæcatus ueritatem aspicere non potuerit, hoc ipsum cõsequẽter manifestauit, putans Aristo. circulari motui ponere cõtrarium, eũ qui super recta fit, quãuis post pauca ꝓlixos ut/ait/extendit sermones, in q̃bus tentat ostendere ꝙ circulari motui nõ est contrarius motus; si. n. inq̃t naturales & simplices motus sunt qui super recta fiunt, & nõ insunt ſm naturã quinto corpori, igitur ꝑter naturã ex necessitate ipsi incrunt. qđ aũt ꝑter naturã, contrariũ ei qđ ſm naturã, qui ergo recti/ait/sunt motus/simplices cum sint, cõtrarii sunt circulari. Et hic rursum eos qui nõ sunt ſm naturã ſm negationẽ tãquã ꝑter naturam cõtrarios accepit, qđ quidem uidet̃ fecisse in oĩbus his contrariationibus, nõ intelligẽs quomodo dixit Aristo. ꝑter naturam esse his quæ sub luna sunt elemẽtis circularẽ motum, tãquã his q̃dem, neq; prorsus motis ipso, ut terra, & aqua, & circũstanti aere, his autẽ tãq̃ supra naturã, cum cœlo simul delatis, ut igni & facili ductili aere. quare non impediet hoc deinceps ostẽdendũ quod circulari motui nõ sit contrarius motus. Dicere autẽ ꝙ qui super rectam partibus elẽtorum ſm naturã insit, tãquã inducens in eã quæ ſm naturam spẽm, quã unaquæq; pars habebit obtinens ꝓpriũ locũ & propriã totalitatem, & ab Aristo. dictum est breuiter, sicut & iste ꝓposuit, & ab aliis multis Phis, Vtrũ autẽ igni & superiori parti aeris, ſm naturã insit circularis motus tãquã ꝓprius, dignũ est quęrere, si simul cum ultimo cœlo circũferuntur, & melius (ut existimo) est dicere hũc motum supernaturalem, tãquã uidelicet aptis natis participare ipso, & si quis ita dicit ſm naturã neq; incõuenienter dicet ut existimo, neq; cõtrariabitur Aristo. differẽtiã cœlestis corporis ad ea quę sub luna sunt à partibus eorũ quæ sub luna sunt inuenienti cœlestiũ partium nullã tale aliquid pati, magnũ autẽ aliqđ ingerere existimat, ostendens ꝙ & alii aduersum quintã essentiã cõtradixerunt, non attendẽs ꝙ nullus eorum perpetuitatẽ mũdi destruere putans cõtrascripsit, sed exercitãtes circa argumẽta nouum aliquid habẽtia ad priorũ Phorũ doctrinas, & hi tamẽ aberrarunt ab Aristo. intellectu, sicut iste ceruicosus. Quem qui secuti sunt quãtum ad apparẽtiam conant̃ ostendere non simplex esse cœlũ, sed tamẽ nec isti aliquid inuenerũt sapiens, nullus tamẽ sic maligne ad hoc solum aspexit qđ uident̃ cõtrariari his qui perpetuũ mũdum ostendũt ꝓpter habitos uanos intellectus de eo qui mũdum condidit. ¶ Est autẽ dignũ nota in oĩbus ab hoc uiro dictis, ꝙ eiusdẽ naturæ cum totalitatibus quatuor elementorũ studuit ostendere cœlũ, oppugnans quintã substãtiam, quare nõdum neq; ex his corruptibile cœlum ostẽsum est, siq̃dem & elẽtorũ totalitates perpetuę possunt esse, quãuis generabiles & corruptibiles, & rectos motus habeant. si autẽ cœli partes nõ uident̃ hæc pati, palã ꝙ quãtum in his quæ ab isto dicũtur nihil prohibet non solum ſm totum, sed & ſm partes perpetuum esse cœlũ.

t. 17 *Quoniã autẽ ex dictis hæc quidẽ supponuntur, hæc aũt ostensa sunt, manifestũ est q̃a neq; leuitatẽ neq; grauitatẽ habet corpus omne. Oportet aũt supponere quid dicimus leue & quid graue, qđ nũc quidem sufficiens est ad ꝑsentem necessitatem. diligentius autẽ postea cõsiderabimus de substantia ipsorũ. Graue igitur sit qđ ferri est natũ ad mediũ, leue autẽ qđ à medio, grauissimũ autẽ sit qđ oĩbus substat deorsum latis, leuissimũ autẽ qđ omnibus superfertur sursum latis; necesse autẽ omne qđ fertur deor*

sum

sum/aut sursum/aut leuitatem habere/aut grauitatem/aut ambo, non ad idem autem, adinuicem enim sunt grauia & leuia, vt puta aer ad aquam, et ad terram aqua.

Quoniā omnis doctrina & omnis disciplina rõcinatiua ex p̃existente fit cognitione, ut ipse nos do Cõm. 13.
cuit in [illegible] analyticis, necesse est aliqua supponi, ante demõstrationes, hęc qdem ut à seipsis fidem haben tia, hæc autẽ ut postensa, aut ut ostendẽda. Et hic igitur p̃supposita sunt quædã fundamenta, q̃dam autẽ & demonstrata sunt præsuppositũ qdem est duas esse simplices lineas. s. rectam & circulum, & sursum quidem esse motum qui à medio, deorsum autem qui ad medium, & circularem qui circa medium, & unum uni contrarium esse, & unum motum esse uniuscuiusq; simplicium, secundũ naturam. Demonstrata sunt autem ex fundamentis q̃ duo sunt motus simplices. s. circularis, & rectus, & q̃ simpliciũ sint simplices motus, & q̃ simplices motus, simpliciũ sunt corporũ, nã & hoc ut existimo demõstratũ est, ex motuũ & corporũ diuisiõe & ɔueniẽti adaptatiõe. Demõstratũ est autem ex suppositis & demõstratis fundamẽtis, q̃ præter q̃tuor simplicia corpora q̃ sub luna sunt, est aliqd aliud quintũ, cui sm naturã inest circularis motus, & hoc pfectius est & prius & honorabilius sm naturam aliis corporibus. His autẽ suppositis & demõstratis seq̃itur neq; grauitatẽ neq; leuitatẽ habere omne corpus: si enĩ graue & leue ex ipsa diffinitione ꝓpria eorũ q̃ recti motus uidenť, ostensum est autem q̃ circulariter motũ sit p̃ter ea q̃ recti motus, si uero aliud, neq; sm naturã neq; p̃ter naturam ipsi potest cõuenire, q super rectã motus, palã est q̃ sequitur nõ omne corpus grauitatẽ habere aut leuitatem. hoc autẽ faciet ei ad hoc ut ostendať corpus cœleste ingenerabile & incorruptibile & inaugmẽtabile & iminorabile & inalterabile, si enĩ haberet grauitatẽ aut leuitatẽ, esset utiq; aliquis motus ɔtrarius motui suo: si autẽ hoc esset, utiq; esset ipsi aliqd ɔtrarium, quod moueret sm naturã cõtrario ipsi motu. si autẽ hoc, & factũ fuisset ex ɔtrario, & corrũperetur in cõtrarium: si autẽ neq; grauitatem neq; leuitatẽ habet, neq; super rectã ꝓrsus mouetur, sm quã est cõtrarietas, sed circulariter solum, ostendeť autẽ circulari motui nõ esse motus cõtrarius, palam est q̃ non habebit aliqd cõtrarium sibi qđ circulo moueť, quatenus neq; fit ex aliquo neq; corrũpitur in aliquid cõtrarium: necessario igitur neq; grauitatẽ habet neq; leuitatẽ: p̃accipit tamẽ q̃ neq; sursum neq; deorsum moueť: quod ęquipollet huic, non moueri motu cõtrarietatẽ habenti. Deinde ostẽso q̃ circulari motui quo mouetur, non est cõtrarius motus, cõsequens habet q̃ neq; ipsi sit aliqd cõtrariũ, ad qđ sequitur ex necessitate neq; generari neq; corrũpi, ad hoc autẽ reliq̃: oportet autẽ supponi qd dicimus graue, & quid leue, qđ non principaliter in præsenti est ei sermo de leui & graui, sicut in quarto libro, ubi principaliter de hoc disputat, sed q̃ nunc ipso indiget, ad ostẽdendũ circulatũ corpus ingenerabile & incorruptibile, ex non habere neq; grauitatẽ neq; leuitatẽ, ipse planè in litera manifestauit. Proponẽte autẽ ipso cõclusionẽ ostendẽdorũ modo quodã infert { manifestũ est q̃ neq; leuitatẽ neq; grauitatẽ habet omne corpus, } cõclusio enĩ est hæc, q̃ circulo latũ, impossibile est grauitatẽ habere aut leuitatem, diffinit aũt qd graue & qd leue, & qd grauissimũ, & qd leuissimũ. qm̃. n. eorũ q̃ deorsum feruntur, hoc quidẽ usq; ad centrũ ꝓcedit, qđ est idem dicere, usq; ad infimũ sicut terra, hoc aũt usq; ad terrã, & eorum q̃ sursum feruntur hoc quidẽ usq; ad supremũ, hoc est usq; ad lunarẽ sphærã. s. ignis. hoc autem usq; ad ignẽ: merito hoc quidẽ est graue, hoc autẽ grauissimũ, & hoc quidẽ est leue: hoc autẽ leuissimum. si igitur graue qđ deorsum ferť, & leue qđ sursum, & sunt hæc diffinitiones grauis & leuis, palã est q̃ & cõuertitur necessario, ut qđ fertur sursum aut deorsum, aut grauitatẽ habeat aut leuitatem. quoniã autẽ ipsius sursum est, qđ non pfecte sursum est sed aliqd etiã deorsum habẽs, sicut locus q sub igne, & ipsius deorsum, nõ perfecte deorsum, ut est aquę locus q̃ ad hæc loca ꝓcedunt, ambo iuste hñt & grauitatẽ & leuitatẽ, non ad idẽ aũt: non enim possibile, eodẽ leuius simul & grauius esse. sed aũ aliqd his cõuenit graue & leue: aer enim ad aquã leuis, ad ignẽ grauis, & aq̃ qdem ad terram leuis est, non tamẽ ad aerẽ, ad hunc enim grauis. Quare hæc neq; ꝓprie leuia neq; ꝓprie grauia, neq; ꝓprie simplicia: leue autẽ & ꝓprie simplex, est ignis, & graue ꝓprie & simplex est terra: hic quidem oĩbus sursum latis supersidens: hæc aũt oĩbus latis deorsum substãs. quare si non oĩno simplicia quæ media, nõ proprie ipsis q de simplicibus sermo congruit: neq; bene ab his conãtur quidã dictas de simplicibus opiniones imutare.

t. 13. *Qđ autẽ circũfertur corpus impossibile est habere grauitatẽ aut leuitatẽ: neq; enim sc̃dm naturã, neq; præter naturam cõuenit ipsi moueri ad mediũ uel à medio. sc̃dm naturã enim nõ inest ipsi in rectum latio, una enim erat uniuscuiusq; simpliciũ latio, quare erit idẽ alicui sic latorũ. q̃ si prȩter naturam feratur, siquidẽ deorsum, præter naturã, motus sursum erit sc̃dm naturã, si aũt sursum prȩter naturam, deorsum secundum naturam. posuimus enim contrariorum motuum sicut alter inest præter na*

turam, alterum esse secundum naturam.

Com. 19. Assignatis grauis & leuis diffinitionibus utens, imo uero diffinitionū cōuersionibus, ostendit ꝙ corpus circulariter motū impoſſe est habere/aut leuitatē/aut grauitatem. si enim habet, aut ſm naturam habet, aut ꝑter naturā: neutrū autē ipsorū esse possibile ostendit duobus suppositis, utens hoc. s. ꝙ unus est motus uniuscuiusqꝫ simpliciū ſm naturam, & hoc ꝙ cōtrariorū motuū cui alter præter naturam, alter est ſm naturā, ostendit autē sic, ut Alexander & Themistius aiunt: quod circulo mouetur, neqꝫ sursum, neqꝫ deorsum mouetur ſm naturā. quod neqꝫ sursum neqꝫ deorsum fertur ſm naturam, neqꝫ leue neqꝫ graue est: nō est aūt negatiua minor, nō esset enim syllogizatū qđ quærebaſ, ex duabus negatiuis, sed īfinitū habet ꝑdicatū: ac si dicat aliqs, ꝙ circulo moueſ neqꝫ sursum neqꝫ deorsum ſm naturā moueſ: fortè autē hoc saluato ꝙ īfinitū sit ꝑdicatū, sic magis syllogizareſ. Corpus qđ circulo ferſ, neqꝫ ſm naturā, neqꝫ ꝑter naturā à medio uel ad mediū cōtingit moueri quod ęqpollet huic, corpus circulariter motū tale est, ut neqꝫ ſm naturā neqꝫ ꝑter naturā à medio uel ad medium contingat moueri, quod aūt tale est neqꝫ grauitatē neqꝫ leuitatem hr̄e est possibile, & conclusio palā. Sed ꝙ illud quod neqꝫ ad mediū neqꝫ à medio moueſ/neqꝫ grauitatē neqꝫ leuitatem habeat, patet ex conuersione diffinitionū, si enim graue est, quod natum est ferri ad mediū: leue autē quod à medio: palā est ꝙ id quod neqꝫ ad mediū neqꝫ a medio, ferſ/neqꝫ graue/neqꝫ leue est. minorem aūt ꝓpōnem ostendit uirtute sic. Quod circulo ferſ simplex existēs & simplici motu motū, unum habet ſm naturam. s. circularem motū, tale autē nō habet scđm naturā eam q̄ super recta fit lationē: magis aūt scđm ſm modū hypotheticorū syllogizauit sic. si circulariter lato ſm naturam ɔuenit sup recta ferri, erit idem cum aliquo eorū quæ mouētur super rectā, at uero nō est, ut ostensum est sæpe, neqꝫ ergo ſm naturam inest ei quod circulariter ferſ, super recta ferri. ꝙ autem cōiunctū sit uerū. s. si ſm naturam ipsi erat, esse ipsum idem cum aliquo sic latorū recordatus est per hoc, unus enim motus erat uniuscuiusqꝫ simpliciū. ꝙ aūt non ꝑter naturam, ōn̄dit (ut existimo) ſm eundem ꝓcessum sic: si circulariter moto, competit motus sup recta, quicūqꝫ ꝑter naturā est, oppositus ipsi ſm naturā erit: & huius cōiuncti cām iterum apposuit p hoc. posuimus enim cōtrariorū cui alter ꝑter naturā inest alterum esse scđm naturā: & ipse quidē usqꝫ ad hoc syllogismū perduxit, reliqua ꝑtermittēs, tanq̄ ex prædictis manifesta. Ad perfectionē aūt unius alterius, fuit opus ɔiuncto tali. si oppositus quicūqꝫ motus siue qui sursum siue qui deorsum ſm naturam est, erit idem cum aliquo sic motorū, hoc est cum aliquo eorum q̄ sub luna sunt: at uero impoſſe hoc esse ostensum est: neqꝫ ergo circulato motus super recta q̄cūqꝫ is sit, ꝑter naturā est: si igitur neqꝫ ſm naturā, neqꝫ ꝑter naturā, palā est aūt ꝙ neqꝫ supra naturam, cū sit deterior, nullatenus neqꝫ sursum neqꝫ deorsum fertur, quare neqꝫ leue neqꝫ graue erit si uere quod quidem sursum ferſ, est leue, quod autē deorsum, graue. Themistius uero, non ita putat syllogizari, sed ꝙ sursum ꝑter naturam moueaſ, erit ipsi ſm naturam ɔtrarius huic. s. deorsum. erat autem & circularis motus ſm naturam in circuitu mobili, duo ergo uni cōtraria: & si eo qui sursum præter naturā moueatur, rursum qui deorsum, erit ſm naturam, & idem inconueniens sequetur. s. duo contraria esse uni, & habet etiam sic rationem.

T. 19 *Quoniam autem in idē feruntur totū & pars scđm naturam vt puta tota terra & parua gleba, accidit primum nullā, neq; leuitatem habere ip̄m, neq; grauitatē: aut enim ad mediū, aut à medio posset ferri scđm ipsius naturā. deinde quia impoßibile est ip̄m moueri, eo qui secundū locū motu/aut sursum aut deorsum tractum. neq; enim scđm naturam cōtingit ipsi moueri alio motu, neq; ꝑter naturam, neq; ipsi, neq; particularum vlli, eadem enim ratio de toto est & partibus.*

Com. 20. Ostenso ꝙ corpus circulo mobile neqꝫ grauitatē habet/neqꝫ leuitatem, ōn̄dit deinceps, ꝙ non solū totum ita se habet, sed & partes ipsius, nam & hæ, motu eodē cum toto motæ, neqꝫ grauitatē habēt, neqꝫ leuitatem. Ostendit aūt hoc primo quidē (ut existimo) sic, sumpto ꝙ ad idem ferſ totum, & ps scđm naturā, syllogizat ita. si totum neqꝫ sursum neqꝫ deorsum fertur, & pars sic se habebit, sed antecedens est, ergo & cōsequens: ꝙ aūt ꝑaceptū axioma sit uerū. s. ad idem ferri totū & partem scđm naturam, ostendit ex hoc utputa, oēm terram paruā glebam: si enim totum est oēs partes, oēs autē partes eandē habēt inclinationē, palā ꝙ & totum. deinde & sic idem ostēdit (ut existimo) cōsequenter de toto & partibus, ꝙ impoſſe est, eo qui ſm locum motu moueri/aut sursum eleuatū/aut deorsum detractum. Ostendit aūt hoc de toto ꝓxime dicta demōstratione, breuiter ipsam memorās, neqꝫ enim scđm naturā/ait/contingit ipsi moueri motu alio pręter circularē: unus enim utiqꝫ erat uniuscuiusqꝫ simplicium motus qui scđm naturā neqꝫ præter naturā, aliquo eorū qui sup rectam, esset enim ipsi

Quod determinatum ſit ſurſum & deorſum,& nõ in infinitũ feruntur,quæ ſm rectam mouen/tur,argumentũ hic ꝓponit,ꝙ terra qdé quanto ꝓpinquior fuerit medio,uelocius fert.Ignis autem quanto ꝓpinquior fuerit ei qđ ſurſum, tanto citius fertur.Si eni hoc,ſi infinita foret diſtãtia, & non determinatum ſit finis,in infinitũ ſemp addetur uelocitati.ſi ergo uelocitas infinita fuerit, ꝓpter naturales inclinationes,his quidé quæ deorſum mouentur ꝓpter grauitaté amplioré,his aũt quæ ſurſum,ꝓpter leuitatem:palá ꝙ & grauitas & leuitas interius exiſtẽtes naturales potentiæ,in infinitum appoſitioné ſuſcipiunt. Si auté hoc,& ea quæ mouent infinita qdem non neceſſariũ erit eſſe/ait/Alexander,ſed in infinitũ additionem & ipſa ſuſcipere ná finiti corporis nõ in ſeipſo ſemp additioné ſuſcipientis, uirtuté in infinitũ augeri ꝓpriam, impoſe eſſet. ſi igitur & terra & ignis manifeſta ſunt nõ in infinitum creſcentia,ſiquidé partes terræ notæ eaſdem cõſeruant menſuras:palá eſt ꝙ neq; uelocitas ipſorum creſcit.ſi auté non uelocitas ipſorũ,neq; grauitas,neq; leuitas.Illis eni creſcẽtibus,neceſſe eſt,& uelocitatem q̃ in ipſis eſt,per cõſequens creſcere,ſi ãt non hoc,nõ in infinitũ ꝓcedunt ea quæ ſuper rectam mouent,ſed in determinatũ aliqué finem:ualde diligenter aũt τεκμήριον argumentũ uocauit perſuaſioné à celeritate naturaliũ motuũ quia cauſæ uelocitatis ſunt naturales inclinationes.q̃ autem à cauſatis pſuaſio τεκμηριώδης putata eſt. ꝙ auté in infinitum excreſcentia uelocitatis ſi eſſet in uno & eodem, ꝓpter infinitũ excreſcentiá grauitatis & leuitatis facta eſſet, oſtendit in duobus faciés rationem,ſicut enim qđ magis deorſum fertur,& uelocius deorſum fertur,ꝓpter ampliorem grauitatis additionem,corpus uelocius eſſet, ita & in eodé,ſi infinita grauitatis, & uelocitatis additio infinita eſſet.Non amplius aũt ab argumento ſed à cauſa nũc facta eſt oſtẽſio, nam grauitas amplior,uelocitatis eſt cauſa. Quãdo aũt dicit Alexan.eſſent utiq; & ipſa quę mouent infinita,ſi eſſent ipſorũ infinitæ uelocitates,& grauitates,& leuitates, non ut actu infinita intelligendũ:nõ enim ſequit ad lationem infinitũ,ſed in infinitũ creſcere.ſatis aũt fuit prius oſtenſo,ꝙ neq; grauitas,neq; leuitas eſt ĩfinita, ita ut neq; corporis finiti in infinitũ creſcere uirtuté poſſibile ſit.Prætermiſit aũt Ariſtoteles illud inducere,forte tanq̃ facile intelligibile, ꝙ ſi ꝓpe facta grauia qdem ei qđ deorſum, leuia aũt ei quod ſurſum,citius feruntur,palá eſt ꝙ ſm naturam ipſis inſunt hęc loca.Ná ad oppoſita eorũ,oppoſito modo feruntur.In his itaq; uelocius ferri corpora ꝓpinquius aliqualr̃ deprehenſa in ꝓpriis locis cõiter cõfeſſum eſſe uidetur: cauſam auté alii aliam aſſignant. Ariſtoteles ſi quidé à ſua totalitate corroborari putat magis appropinquãtia & ſpém pfectioré accipere.grauitatis eni additio terrá uelocius ferri ad medium facit.Hipparchus aũt in libro qui inſcribit de his quæ ꝓpter grauitaté deorſum ferunt, in terra ſurſum proiecta,uirtuté quidé quæ proiecit,q̃diu pręualeat uirtuti ꝓiecti, dicit eſſe cauſam lationis ſurſum,& quãto ipſa ꝓualuerit,tanto citius ad ſurſum fertur,qđ fertur:minorata aũt illa,primo qdem nõ adhuc in ſimili uelocitate ſurſum ferri,tádem auté deorſum ferri,táquá ꝓpria inclinatione manente aliqualr̃,& uirtute quæ ſurſum miſit.magis aũt exigua facta,qđ deorſum fert, ſemp uelocius fertur,& uelociſſime quádo illa penitus defecerit.Eádem etiá cauſam aſſignat,& eorũ q̃ deſuper demittunt,nam & his uſq; ad tẽpus permanere uirtuté demittentis ipſa,& demiſſi,cõtrariá cõtrarietatem aũt hanc cauſam fieri,q̃re tardius in principio fertur qđ demittit.¶ Hæc auté/ait/Alexá. in his qdem quæ uel mota ſunt,uel ui máſerunt in loco ꝑter naturam,recte dicent. in his auté quæ poſt generationem ferũtur ſm ꝓpriam naturá ad propriũ ipſorũ locum,non adhuc cõgruunt quæ dicũtur.De grauitate aũt contraria Ariſto.dicit Hipparchus.grauiora.n.ait/quæ plus diſtát:improbabile auté & hoc uidet Alexádro.Multo.n.rõnabilius quæ tranſmurant ex cõtraria natura,& fiũt ex leuibus grauia,adhuc prioris naturæ aliqd habere in prima deſcenſiõe,ferè adhuc fiẽtia & tráſeũtia in ſpém hanc,in quá tranſmutantia deorſum ferũtur,grauiora ſemper ꝓcedentia fieri,quá ſeruátia adhuc detinẽtem ipſa ſurſum à principio,& ꝓhibẽtem deorſum ferri uirtuté. Adhuc auté/ait/& ſi grauitati ſm naturam eſt eſſe deorſum,& ꝓpter hoc quæ ad hoc mouentur,erunt perfectius grauia,ꝓpriam ſm hoc ſpeciem accipientia,quádo in loco deorſum fuerint,& ꝓpinquius iá facta & appropinquantia ei in quo habent ſm inclinationé perfectioné, rationabile eſt ea appoſitionem aliquá & additioné ſm grauitatem accipere.etenim incõueniens eſt ea quę deorſum mouent & ferunt ſm naturam uelocius mouentia ſm maioré ad deorſum diſtátiam dicere quádo minus ſunt grauia hoc pati:interimere.n.eſt ꝓpter grauitatem ipſa ferri deorſum.ſi.n.non in oĩbus ita fieret,forte eſſet contradicere.Nũc autem & in ſurſum ꝓiectis ui,& in detentis ſurſum,& in tráſmutantibus in loco ſurſum,ſiqdem his ſm naturam deorſum,idem uidet factũ.Hæc aduerſus Hipparchũ Alexáder.& dicit bene (ut exiſtimo) maxime quia ſi ꝓpter grauitaté uelocitas ut in lancibus librę,palá fit/prędetracto grauiori impoſſibile eſſet,grauius quidé eſſe qđ remotius,citius aũt moueri qđ ꝓpinquius celerius exiſtẽs.¶ Quidá autem & nõ pauci dicunt eſſe cauſam quare mota deorſum quãto fuerint propinquiora ipſi deorſum,tãto citius mouentur,qa quæ quidé ſuperius exiſtũt,ab ampliori aere ſup/

Com. 86.

posito fulciũtur,quæ autẽ magis infra sunt à pauciori,& grauiora aũt ꝑpter hoc citius ferri dicũt,quia illa etiam facilius diuidũt superpositũ aerem:sicut.n.quæ in aqua deorsum ferũtur,aqua sursum tenente,& cõtra agente lationi ipsorum deorsum,sic & quæ in aere sunt pati,rõnabile est,& quáto amplior suppositus aer fuerit táto magis sursum detenta,leuiora uideri.Similr autem & amplior ignis, citius sursum fertur tãquã facilius diuidens suprapositũ aerem,& quanto amplior qui suprapositus aer est,tanto tardius ignis moueť qui per ipm fertur.quãuis.n.consimilr aquæ,natus est se hr̃e aer, tamen & ipse corpus existẽs,impedit motum delatorũ per ipm.Si autẽ hoc uerũ,non appositiõe grauitatis,ut Aristo.ait/quæ ẽm uelocitatem additio fit,sed remotione impedičtis.¶Bene autẽ notauit Alexan.ꝙ & si hoc ita se habeat: Aristotelis argumentatio manet irredarguta,q̃ ostendit determinata loca corporũ,& non in infinitũ ipsa ferri,ex eo ꝙ uelocius feruntur ꝑpinquius facta ꝑpriis locis.Nam quod in infinita distãtia fertur,nũquã ꝑpinquius fit,neq; paucior,aut amplior suppositus aer est infinitus existens,siqdem infinita distãria.Quare & si aliquis acceptet hanc causam descensus uelocioris, etiam sic ostẽditur ex ipsa,nõ in infinitum ferri,quæ feruntur,si autẽ infinita existẽte distãtia, citius ferunť deorsum,nõ ꝑpter pauciorem esse suppositũ aerem,sed ꝑpter appositionẽ grauitatis citius ferentur·quid.n.aliud erit causa in his,q̃ natura ferũtur,& non ui,ut Hipparchus dicebat. Melior aũt ait/Alexã.& naturalior causa est,q̃re citius feruntur,quæ fiunt ꝑpinquius ꝑpriis locis,ab Aristo.dicta .s.appositionem esse grauitatis & leuitatis.Hæc autem diceret Aristo.eo ꝙ appropinquantia ad proprium locum accipiũt semper pfectiorem spẽm,& ꝑpter hoc siqdem graue fit,grauius fit,si autẽ leue/leuius.¶Ego autem hoc ipm primo inquirere uolo/qđ ab omnibus dicitur cõfessum esse,qualr cõprehendatur,ea quæ uersus ꝑpria loca fiunt,citius ferri.Deinde si appositio grauitatis & leuitatis fit, accidet in eo qđ in aere põderatur,quádo ab alta turre uel arbore,uel à summitate ꝑrupti,seipm aliquis extendens in aere ponderat,grauius uideri q̃ eodem in supposito pauimento terræ stante ponderare,quod quidem fictioni simile uidetur:nisi fortè in his dicat quis,insensibilẽ fieri differẽtiã.

T. 89 *At vero neq; ab alio fertur ipsorum,hoc quidẽ sursum,hoc aũt deorsum,neq; vi,quẽadmodũ quidam aiunt extrusione. Tardius enim moueretur maior ignis sursum & maior terra deorsum. Nunc autem cõtrarium semper euenit:maior ignis velocius fertur,& maior terra,in eum qui ipsis cõuenit locum. Neq; velocius vtiq; in fine ferretur,si vi & extrusione moueretur.omnia enim a vi inferente longius facta, tardius feruntur. & vnde vi. illuc feruntur non vi, itaq; ex his speculantibus est fidem accipere de dictis sufficienter.*

T. 90

Com.87. Ad ostensionem eius ꝙ unus sit mũdus,utens hoc ꝙ necessarium est esse unũ medium & extremum,& hoc ostenso ex hoc,ꝙ motus corporũ qui sunt ẽm naturã fiũt ad determinatum aliqd & finitum,ad qđ nata erant ferri:hoc aũt ex citius ferri corpora uersus ꝑpria loca: nũc ostẽdit ꝙ ẽm naturam fiunt hi motus corporũ,quo & in proxime dictis usus fuit,& in præcedentibus sæpe.Ostẽdit autem ipsum ex interemptione oppositarum positionum.Nam elemẽtaria corpora,aut ẽm natura ipsorum mouentur,aut abinuicẽ extrusa,aut ab alio lata.ostẽdit igitur ꝙ neq; ab alio feruntur,neq; ab inuicem extrudunť.Et primo ꝙ nõ ab alio feruntur,ex eo ꝙ amplior ignis citius fertur quàm minor, & maior bolus terræ q̃ minor,& quidem si non essent apta nata sic moueri,sed ab aliquo ferrenť ui, plus tardius ab eodẽ moueretur,facilius.n.id qđ minus est & ĩpelliť & fertur.Si autem aliquis dicat ꝙ amplior à multupla uirtute motũ,citius feratur,fictioni silis est sermo.Non enĩ necesse est semp qđ plus,ab ampliori ferri,semper aũt quod amplius citius fertur. palã est autẽ hoc & ex opposito motus nam amplior ignis deorsum tardius detrahiť.Quod autẽ neq; per extrusionẽ ab inuicem uim passa moueantur,ostendit cõsequenter.¶Huius aũt opinionis post ipm fuerunt Stratõ & Epicurus, putãtes corpus omne grauitatẽ habere, & ad mediũ ferri,eo autẽ ꝙ grauiora subsident, minus grauia,ab illis extrudunť ui sursum.q̃re si quis auferret terrã, ueniret aqua ad cẽtrũ,& si quis aquã/aer/& siqs aerem/ignis, ẽm ipsos. Arguit aũt & hunc ẽmonem Aristoteles, quia q̃ extrudunť,longius distantia ab extrudẽte,& cogente,tardius mouentur,ẽm ꝑportionem distantiæ.in motu aũt horum corporũ, totum cõtrarium uidetur factum. Celerior enim motus fit semp ipsis procedentibus à principio,& citissime mouentur appropinquantia illis ad quæ moueť.& poterat quidẽ argumẽto ꝑdicto in his quæ ab alio mouentur uti,& in extrusis.ut enim tardius moueť ab eodẽ qđ plus,ita & debilius extruditur.Nunc aũt uidetur amplior ignis citius sursum ferri,sed simul quidẽ ꝑpter abundatiã uariauit argumentũ.Simul aũt & instantiam fortè ꝑuidit dicentem,ꝙ amplius ab ampliori semp cõtinente extruditur,& utẽte uirtute ampliori,quod quidẽ inferre nõ erat necessariũ.seorsum autẽ obuians ad dicentes, ab alio ferri,& dicentes ẽm extrusionẽ moueri,cõe argumentũ opponit ad dicentes mo/

ueri ui,& non fm naturam.ſi enim à quo loco ui ferũtur fm quęcũq; uiolentiæ modũ,in illum rurſus non uidétur amplius ui moueri, palã eſt q fm naturã mouent.neq; enim à principio ex illo loco ui mouerentur,ſi non fm naturam erat ipſis in ipſo eſſe,in quo aũt manet aliquid fm naturã,ad hoc & fertur fm naturam.q̃re dicenti ui moueri corpora,& non fm naturã, ſequitur ut dicat,fm naturã ipſa moueri.ſi aũt ipſis motus omnis uiolentus eſſet, ſimiliter oporteret ad oppoſita moueri. Nunc autẽ uidetur terra quidẽ ſurſum ui moueri, deorſum autẽ ſua natura,& ignis ècõtrario.merito igit̃ poſt has oſtenſiones induxit,q ex his cõſiderátibus eſt accipere fidem de his q̃ dicunt̃ ſufficienter q eſt fm naturam corporibus ad ꝓpria loca & ad cõgeneum factus motus. qui aũt eius qđ ad mediũ omnia ferantur fm naturam argumentũ afferunt hoc, q ſubtracta terra, aq̃ fertur deorſum, etiã aq̃ ſubtracta/aer/& aere/ignis,ignorãt cauſam eẽ antiperiſtaſim.Nã craſſioriobus poſitis in locũ ſubtiliorum,ſubtiliora locũ craſſorum trãſumũt circumpulſa deorſum, ꝓpter nihil eſſe uacuũ,neq; corpus per corpus cedere.¶ Sciendũ aũt q non ſolus Straton neq; Epicurus dicebãt omnia corpora eſſe grauia,& natura quidẽ deorſum mota,præter naturã aũt ſurſum, ſed & Plato nouit opinionẽ hãc,& arguit,deorſum & ſurſum in mũdo, non bene dictũ putãs,& grauia ſicut deorſum mota nõ acceptãs. Scribit aũt in Timæo hic. Natura enim q̃dam loca duo eſſe diſtincta omnino cõtraria hũc quidẽ deorſum,ad quẽ feruntur omnia, quæcũq; molẽ corporis habent, hunc aũt ſurſum,ad quẽ inuoluntarie peruenit quicq̃d nullo pacto rectum exiſtimat̃. Nam & qui atomos dicebant, ſolidos exiſtentes graues dicebãt ipſos,& cauſas grauitatis cõpoſitis,ſicut leuitatis uacuũ. ¶ Attendere aũt in his oĩbus oportet, quem dicat inferiorẽ locũ Ariſtoteles. ſi locus eſt terminus cõtinentis fm quem cõtinet qđ cõtinetur, qui enim ſurſum locus,ſit cõcauum lunaris ſphæræ.tãetſi & hoc impoſſe ſitquia eius quidem qui ſurſum eſt loci,eſſe nõ poteſt aliq̃d magis ſupra, lunaris aũt ſphæræ multa ſunt ſuperiora. Qui aũt deorſum eſt locus,ſiquidẽ eſt terræ ſupficies,primo q̃dem non cõtinet ipſa,ſed continetur. Deinde magis deorſum ſuperficie terræ ipſa terra cõſiſtere uidet̃,& omnia grauia.nã loco qui deorſum eſt inferior aliquis nõ erit.ſi autẽ centrum uniuerſi eſt qui deorſum locus.palã quod & qui ſurſum,quod in circuitu,ſed tũ non erit locus terminus cõtinentis,fm quem cõtinet qđ ↄtinetur.ſed ut uidetur primus Ariſtoteles q̃dem eſt conatus ĩquirere particularẽ intellectũ ipſius loci, & fm cõtinere ipſum extrinſecus elaborauit.& propter hoc multis inſtantiis corrigibilẽ fecit ſermonem.

Adhuc autem & per eas quæ ex prima philoſophia rationes oſtẽdetur, & ex eo qui in circuitu motu, quem neceſſarium eſt ſempiternum ſimiliter hic eſſe, & in aliis mundis.

Primę quidẽ philoſophiæ ratiões,opus qđ dicitur metaphyſica uocat,&/ait/ex ibi dictis, & ex his quæ in octauo de naturali auditu oſtẽdit, q unus eſt mũdus.Nam in octauo de circulari motu oſtẽſum eſt,q ęternus eſt,ubicũq; ſit, ſiue in hoc mũdo,ſiue in alio aliquo,& q ab ĩmobili cauſa mouet̃, quæ oſtenſa eſt,& incorporea,& impartibilis,ꝓpterea q infinitũ quidẽ nullũ eſt corpus,& finitũ nullum habet infinitam uirtutem.infinita aũt eſt uirtus,q̃ in infinitũ mouet.¶ In metaphyſica aũt ut/ait/ Alexander oſtendit,q unũ eſt hoc motiuũ circulo mobilis corporis.ĩmateriale enim exiſtẽs & incorporeum,& ratio ſola & ſpecies,idem eſt fm numerũ,ſi aũt hoc unũ,& qđ mouetur ab ipſo,unũ.uno autem exiſtente neceſſe eſt,& mundũ unum eſſe.In q̃bus dubitat Alexãder ꝓpter quã cauſam, unũ exiſtens primũ mouens,non poterit & plura circulo mobilia corpora mouere,ſiquidẽ mouebit deſiderio ſuiipſius,& ut amatũ.Nihil enim ꝓhibet plura appetere idẽ.& hic cũ dixiſſet,fm rõnabilitatẽ, inquit,hæc argumentatio ꝓcedet,non neceſſariũ aliquid oſtẽdit. ¶ Exigo igitur primũ quidẽ attendere q non/ait/Ariſto.unam eſſe actionẽ circulariter mobilis corporis, ſed ſimplicẽ quidẽ lationẽ,firmamẽti à prima ſub̃a moueri/ait/unumquęq; aũt planetarum moueri ab ĩmobili & ęterna ſub̃a.Scribit autẽ in.11.metaphy.hic.principiũ quidẽ ens,& primũ entiũ ĩmobile,& fm ſe,& fm accidens. mouens autẽ primum & æternũ unum motũ.Quoniã aũt quod mouetur,neceſſe eſt ab aliquo moueri,& primũ mouens ĩmobile eſſe fm ſe,& æternũ motũ ab æterno moueri neceſſe eſt,& unũ ab uno. Videmus autem p̃ter omnem ſimplicẽ lationẽ, quam dicimus mouere primã ſubſtantiã,& ĩmobilẽ, alias lationes exiſtentes eas quæ planetarũ æternas.æternũ enim & non ſtans,circulare corpus,neceſſe eſt & harum unãquãq; lationem ab ĩmobili moueri,fm ſe & ab æterna ſubſtãtia.Deinde quomodo non incõueniens eſt, eas quæ à prima p̃hia, & à certiſſimo ipſius naturali negocio, in teſtimoniũ uocatas rationes non habere neceſſitatẽ demõſtrationũ?Sed & ſi multæ ſint mouẽtes cauſæ, & una prima omnium eſt, neceſſe eſt & unam eſſe omniũ coordinationẽ ad unam cauſam coordinatorũ,& mundum intellectualẽ unum,à quo,& ad quem ſenſibilis mũdus ſubſiſtẽs,unus & ipſe factus eſt,ex cõtinentibus & cõtentis, ſicut & intellectualis unus. Et ſiquidẽ dicentes multos mũdos in unã coordinationem ipſos cõduxiſſent ut unus eſſet ex oĩbus,his quidẽ totalioribus,his aũt partialioribus,& Cõm.88.

his quidē cōtinentibus,his autē cōtentis, dicerent quidē ɔſequenter,hunc aūt dicerent unū mundū, ex multis mundis cōſiſtentem.Mundus enim eſt & cœlorū unūquodꝗ,& eorū quę ſub luna elemētorum.nam & terra mundus eſt,& aq̄,& aer,& æther,ꝑpter hæc igitur unus eſt hic mūdus. Quod autem & intellectualis mūdus ſit unus,qui eſt huius motiuus & factiuus,multitudinē quidē & ille habēs coordinatam ſm cauſalē multitudinē & unitā,qualē Ariſtoteles in metaphy. oſtēdit.ſ primi mouentium īmobilium intellectualiū cauſarum,ad quē nunc rationē remiſit.ſi enim ab uno intellectuali mūdo ex multis īmobilibus cauſis cōſiſtente,æternę circulares lationes primo mouenſ,palā eſt ꝙ hæ in unum ſenſibilē mundū cōſumanſ. Neꝗ igitur rationabilis ſolū eſt argumētatio ut Alexā exiſtimat à neceſſitate priuata,quæ ſumiſ à prima pħia,& æterna circulatione. neꝗ etiā ſolū finalem cauſam mundi deum Ariſto.exiſtimat,ex quo dubitauit Alexāder, ſed etiā effectiuā.& ſufficit quidē pro multis unus ſermo ipſius,dicentis in hoc libro,ꝙ nihil fruſtra facit,neꝗ deus,neꝗ natura.Sufficit aūt & hoc ꝙ oſtendit æternū motum inditū circulariter mobili corpori finitā à ſeipſo uirtutē habenti.Sufficit aūt copioſe & noſter inſtructor Ammonius in toto libro iſto oſtendens, ꝙ non ſolū finalem,ſed & effectiuā cauſam mundi poſuit deum Ariſto. ſi quis aūt dicens ipm ſolum eſſe deſiderabile dubitat,puta ꝑpter quid nō ab uno deſiderabili,plures cœli mouenſ, facile dicetur,ꝙ uni multitudo non appropinquat,nō & ipſa unita.nā ſimile ſimili appropinquat,ꝑpter hoc qdem,quia neꝗ ſingulariū partitorū multitudinē poſſibile eſt ſm ſe uniri totalitati unius neceſſe eſt ad alia primo q̄ ab uno procedunt counitam,ad quæ colligata eſt,cum illis ad unum ſurſum tendere.

Palam autem & ſi ſic fiet,intendentibus quoniā neceſſe eſt vnum eſſe cœlum. Tribus enim exiſtentibus corporalibus elementis tria erunt & loca elementorū. Vnus quidē corporis ſubſiſtentis,qui eſt medium. Alius autem circularis,qui eſt extremus. Tertius autē medius horū,qui eſt medii corporis: neceſſe eſt enim in hoc eſſe,quod ſuperfertur , ſi enim nō in hoc,extra erit. ſed impoſſibile eſt extra: hoc enim ſine grauitate,hoc autē habens grauitatem. Magis deorſum autem q̄ grauitatē habentis corporis,locus non eſt , ſiquidem ad medium grauis eſt, ſed neq; pręter naturā. alii enim erit ſcđm naturam,alii autem nō erat. Neceſſe eſt igitur in medio eſſe. huius aūt ipſius quę ſunt differentiæ,poſterius dicemus. De corporeis igitur elementis,quę ſunt,& quot,& quis etiā vniuſcuiuſq; locus,adhuc autē vniuerſaliter,quot ſecundum multitudinem loca,palā m eſt nobis ex dictis.

Com. 89. Proponens oſtēdere,ꝙ unus eſt mundus,ex eo ꝙ unicuiꝗ elementorū,eſt unus ſm naturā locus proprius determinatus,ad quē ferūtur,& hūc in hoc mundo eē ꝑprium & determinatū,ad quē determinatus & finitus motus:& hoc cum pſuaſiſſet ex eo ꝙ ad ꝑpria loca citius ferūtur q̄ feruntſ,& interferens teſtimoniū ex prima pħia in qua & reuoluētium ſphęrarū multitudinē coactus fuit ſupputare,ut multitudinē inueniret īmobiliū cauſarum mouētiū ipſas:aſſignat reſiduū argumentationis. erat autē hoc,ꝙ unus ſm numerū eſt ſm naturā uniuſcuiuſꝗ elementorū locus.Pręordinato igiſ ꝑblemate ad qđ tendūt oſtēſa,erat aūt ꝙ neceſſe eſt eſſe unū mūdum,oſtēdit ɔſequēter,ꝙ unus ſm numerū,eſt ſm naturā uniuſcuiuſꝗ locus elītorū,ſic.Quotcūꝗ corporaliū elītorum,ex qbus mūdus conſiſtit,ſunt differētiæ ſm localem ipſorū motum/tot neceſſe eſt & locorum eſſe differētias in mundo.Tribus igiſ exiſtentibus corporalibus elītis,ut ſm genus eſt dicere,tria erunt & loca,hic qdē grauiſſimi & oībus ſubſiſtentis corporis,qui eſt mediū.Alius autē extremus,qui corporis,circulo mobilis,omnia cōprehendētis.Et tertius qui medii in plura diuiſi.nā & in leue,& ſupnatans oībus,quæ mouenſ ſuper rectā,qđ quidem eſt ignis,& in media huiuſq; & grauiſſimi duo corpora.ſ.aerem & aquā.Quod autem in hoc mūdo ſint hæc loca,& non in alio,oſtēdit in uno.ſ.igne,ſicut prius in terra oſtendit,neceſſe eſt.n.ſupernatās,hoc eſt ignem,aut in hoc eſſe medio,aut extra locum in quo poniſ.Sic.n.Alexāder intelligit,nō ut in alio mūdo,qđ extra,ſed in hoc,eadem.n.rō/ait/& ſi extra hunc mundū ſit,& ibi ens erit alicubi & in loco triū horum aliquo:extra ipm autē ens,ubi qdē eſt,qđ circulo moueſ,non erit,illius.n.locus hmōi,quoniā neꝗ exire pōt.Qđ autem neꝗ in loco deorſum ſecūdum naturā eſſe poſſit,oſtendit per hoc,ꝙ grauitatē habentis corporis eſt hic ꝑprius locus. Similiter autē/ait/Alexā.hic/ſiue in hoc mūdo ſit,ſiue in alio,tribus.n.exiſtētibus locis,etiā in illis ſilīs eſt ratio,& in illo mūdo.ſi.n.quod ibi eſt mediū dicit aliqs ſm naturā ipſi eſſe:palā qm̄ & in hoc eſt medium idē ſpecie cum illo loco,erit & in hoc medio,in hoc mūdo ſm naturam.Sic qdem Alexā.exponit.fortè autem eſſet ad ꝑpoſita,oſtēdere ꝙ ignis habet hūc ſm naturā,in hoc mūdo locum.melius eſt igitur hoc,ſi poſſibile eſt,ſed impoīe eſt extra hunc mūdum locū eſſe corpori ſupernatatiuo:ſi.n. extra,aut ſupra hunc mūdū erit,aut ſubtus.duobus igiſ exiſtentibus ſm genus corporibus,hoc qdē

fine grauitate,hoc est leui,hoc aūt habente grauitatē,siqdem extra hūc mūdum,magis aūt deorsum sit corpus supernatās,qđ est corporis habentis grauitatem.s.locus deorsum,siqdem mediū,huius ꝑprius est locus,& nō supernatātis:si autē superius sit,quo mō iterū qđ hic supernatat erit magis deorsum sine grauitate existens & ipm?siquidē inferior locus grauitatem habentis corporis est,si autē dicat quis pter naturā esse,qđ supernatat,aut in hoc loco in quo nunc est,ut Alexāder intelligit,aut in illo mūdo,erit alicuius alterius corporis ꝼm naturā,aut huius ignis locus est,in quo nūc pter naturā esse dicit,aut eius qui extra hūc mūdum supponit.nam qui alii pter naturā,alii ꝼm naturam inest,aliud autē corpus,pter hoc.s.graue & leue,nō erat,ut ostensum est à necessitate motuum.Quare ꝼm naturā iste medius locus ois leuis est,si nō est possibile extra hūc mūdum leue esse,neq; pter naturam,neq; ꝼm naturam,ad qđ sequit ꝼm numerū unū esse,eum qui est ꝼm naturā uniuscuiusq; locum,ad hoc aūt,unum eē mūdum,qđ quidē nō sequit ad hoc ꝙ ignis sit ꝓprius hic locus quē obtinet,nisi aliquis assumat,ut Alexā.ꝙ ad hūc leue omne feratur,qđ erat q̃situm.Et cū dixisset ꝙ supernatans est in medio medii & extremi,qm̄ indeterminate acceptum fuit mediū,nō solum.n.est supernatans,hoc est ignis,sed & aeris & aquæ,merito apposuit,huius autē ipsius uidelicet medii,quę sint differētiæ posterius dicemus. Nā in ultimis libris de his quæ media sunt in hac latitudine, & de ordine ipsorū disputabit.¶ Notat autē in his Alexā.ꝙ & ęthereū corpus elementum dixit Aristo. dicēdo. {Tribus.n.existentibus corporalibus elntis} hoc autē/ait/dixit,aut tāquā & ipso ad mūdi consistētiā & substantiam elementi rationem habente,aut tanquam etiam simplicibus corporibus communius uocatis elementis, qa & elementum uult esse simplicissimum,& cōsequenter mox cōcludens,elemēta simplicia corpora uocat,& adhuc manifestius inchoans tertiū librum,corporalia autem elementa, corpora dicit quæ sunt elementaria,contradistinguens ipsa,ad speciem & materiam,illa enim elemēta quidem corporum,& principaliter & primo,non autem corporea elementa.

Quod autē non solum vnus sit, sed & impossibile fieri plures,adhuc autē ꝙ sempiternus & incorruptibilis exñs,& ingenitus,dicamus primū dubitantes de ipso. Videbitur enim sic intendentibus impossibile, vnum & solū esse ipm.in oībus enim his quæ natura,& his q̃ ab arte cōstant.generatis,aliud est ipsa scd̄m seipsam formæ,& mixta cum materia:puta sphæræ, aliud est species & aurea & ærea sphæra,& iterū circuli aliud est forma,& æreus,& ligneus circulus. Quod qdem enim erat esse dicētes sphæræ aut circuli,nō dicimus in rōne aureū,aut æs tanq̄ nō existentibus his de substātia. Si uero auream aut ærea dicamus,& si nō possimus ītelligere neq; sumere aliqd aliud pter singulare,quādoq; enim nihil ꝓhibet hoc accidere,puta si solū assumatur circulus. Nihil enim minus erit circulo eē aliud; & huic circulo,& hoc quidem spēs,hoc aūt species in materia & singulariū. Quoniam igitur est cœlū sensibile: singulare vtiq; erit. sensibile enim oē in materia existit. Si autem singulare,aliud vtiq; erit huic quidem cœlo esse,& cœlo simpliciter, aliud igitur hoc cœlū, & cœlum simpliciter. Et hoc qdem vt spēs & forma,hoc aūt vt materiæ mixtum. quorum autem est forma q̃dam & species, aut sunt, aut contingit plura facta esse singularia.

In multis locis sic quidē habere aliquid,ut habet,manifestū est, sed impoīe aliter habere, ut si nūc non est,neq; fieri,nō adhuc manifestū.Nam ꝙ quidē homo sit qnque digitorū, prōptum est uidere, ꝙ autem impossibile sit ipm aliter habere secūdū naturam, non omnis adhuc est scire. ostenso igit ꝙ unus est mūdus,& nō plures,apponit sciētifice, ꝙ impoīe est aliter. Quare nō solū est unus,sed neq; unq̄ fient plures.forsitā enim diceret aliquis,nunc qdem unū esse, sed nihil ꝓhibere plures fieri,& ꝙ æternus sit iste mūdus,tanq̄ ingenerabilis exñs & incorruptibilis,per alia argumenta ostensurus,pręter priora.primo p̄mittit ꝓbabilem rōnem,q̃ uidetur astruere,ꝙ impoīe est unū solum esse mundū īmo ꝙ impossibile ex necessitate unū & solū ipsum esse.hoc enim oppositio cōcludit,ꝙ aut sunt plures mūdi,aut cōtingit plures fieri singulares.Propter qđ Alexander uult subaudire huic. uidebitur enim impossibile ex necessitate unū & solum eē.oppositio autē talis,in oibus/ait/& natura & arte cōsistentibus,& uniuersal'r in his,q̃ ex materia & specie,ꝙ qdem in oibus singularibus, si plura sint,apparēs est cōe dicitur & est,& si nō,plura autē sint singularia,sed unū solum,uelut una phœnix auis, aut unus circulus,nihilminus aliud est spēs ipsa,& aliud id quod sunt utrūq;. Nam & circulo aliud est circulo esse,quod qdem scd̄m spēm circuli consideraf,aliud sensibilis iste circulus,qui cum materia subsistit,in qbus aūt est forma aliqua,& spēs à materia separari pōt intellectu,ī his cōis naturæ est species,& aut sunt,aut cōtingit plura esse participātia ipsam, materialia & sensibilia. Merito igitur & Com.90.

unum numero circulum ſupponens,& in hoc oſtendit eādem eē differentiā,ſpeciei quæ ſcd̄m intellectum ſeparať,& cōpoſiti.quāuis enim unus ſit mūdus,tamē qm̄ materialis & ſenſibilis, & aliud præter cōpoſitum eſt mūdo eſſe,& ſpēs nata ab ipſo ſeparari ẜm intellm̄, & ꝑpter hoc multis idem adaptari cōtingit,& plures eē mūdos,ſicut & ſi unus eſſet circulus,ꝑpter eādem cām cōtingeret,& plures eſſe.nam in qbus plura ſenſibilia manifeſta ſunt unius ſpeciei, q̄ in oībus cōmunitas eſt, & ſi unum autem ſit ſenſibile,& ꝑpter hoc nō poſſumus intelligere cōe aliqd aliud præter ſingulare,ut ſi unus ſolus accipiať circulus,& tūc nihil minus ſpēs quæ ẜm intellectū ſeparať à materia, & nō detineť ab ipſa,cōem inſinuat naturā,& poſſibilē multis adaptari ſingularibus factis ꝑpter materiam.

Siue enim ſint ſpecies, ſicut aiunt qdam,neceſſe eſt hoc accidere, ſiue etiā ſeparatū ſit nullum:tale nihil minus.In oībus enim hoc videmus,quorūcunq; ſubſtātia in materia eſt, plura & infinita eſſe illa quæ eiuſdem ſpeciei.itaq; aut ſunt plures cœli,aut cōtingit eſſe plures. Ex *his igitur ſuſpicabitur aliquis & eſſe, &* ꝙ *contingit plures cœlos eſſe.* Con*ſiderandum autem iterum, quid horum dicitur bene,& quid non bene.*

Com̄.91. A cōmunitate ſpēi dubitatione mota,qm̄ cōmune hi qdem ſeparatum dicebant,& exēptum,ſicut Pythagorici & Socrates,& Plato,putātes oportere,ante multa ſimilia eſſe aliquid,quod eēt ſimilitudinis ipſis cā,& exēptum ab ipſis,hi autem inſeparabile à multis exiſtere,ſiue ſic/ait/ſiue illo ſit mō,in oībus uidemus eādem ſpēm,pluribus materialibus & eiuſdem ſpēi in eſſe. Nam & hoīes multi humana ſpē participātes,& equi multi,& aliorū unūquodq̧.quāuis autē non ſint multa, tamē cōtingit ꝑpter cōitatem ſpeciei.quare & cœli,aut ſunt plures,aut cōtingit eſſe.Idem aūt dicere mūdos Nam genus/ait/Alexā.aut ſpēs mūdus erit,acceptus ſine materia,genus aūt & ſpecies,ſemp & de pluribus prædicātur.Ad quod forſitā quis dicet.q̄ eſt igiť Socratis ſpēs,ẜm quā eſſe Socrati exiſtit?q̄ ſine materia intelligiť,genus aut ſpēs eſt:an nō eſt à Socrate ſpecies per intellm̄ ſeparata,ſed ſimul utrūq; eſt Socrates ſingulariter exñs unus,& nō ſic ſubſiſtens/ut homo.Propter qđ & Ariſtoteles non indiuiduorum aliquorū noīa poſuit,puta Saturni ſphærā,aut circulū zodiacum,ſed ſphęram & circulum, quæ & aureis,& æreis,& cœleſtibus cōgruūt.Et ego qdem exiſtimo, ipſum nunc idearū meminiſſe oppoſitionē ex diuiſione uolentē cōponere,ſiue enim ſeparatę ſint ſpēs,ut qui ideas dicunt,ſiue inſeparabiles plura uidētur,unaquaq; ſpē participātia.¶ Quidam autē Platonis amici ad Platonē aiunt ipſum reſpicere,quia quātū ex exēplaribus,multi debebāt eſſe mūdi,ſiqdem ad utrūq; exēplar,unde mūdum oſtendi putat.Huius aūt ſuſpicionis & Alexāder fuit, & inſultat Platoni dicenti, ꝑpter unū eſſe exemplar:unū quoq; mūdum eſſe. nam & aliorū/ait/oīum, quorūcunq; ſunt ideæ ſcd̄m ipſum idea eſt unū exemplar.nō enim & multi ipſi hoīes,licet ſint multa,quæ hñt eē ad ipm̄. cōtrariū enim forte magis ex hoc q̄ quod uult oñdere,ſiquidē eſſet ſicut intellectualiū aīalium unūquodq; unum numero,ſic & ſenſibiliū,quod fit ad exēplar,qđ in ſeipſo cōtinet oīa intellectualia aīalia.unū utiq; eēt & ipſum,in ſeipſo cōtinens oīa ſimilr̄ illi aīalia ſenſibilia.Si autē ſcd̄m unūquodq; intellectualiū animalium,ſunt infinita ſenſibilia aīalia,nō adhuc neceſſe eſt ad exēplar factū quod oīa intellectualia cōtinet aīalia,cōtinere oīa ſenſibilia.omnia enim ẜm ſpēm oportebit eē unum, q̄ ad illud fiunt.Non adhuc autem & oīa ſunt unū numero,ut aūt multa ſcd̄m unūquodq; aīal intellectuale,ſenſibilia aīalia, ita ſeq̄tur,& mūdos ſenſibiles eſſe multos, uno exiſtēte exēplari. Hoc Alexādro dicente miror,q̄liter non attendit ꝙ non oīa ſenſibilia ſic ſe hñt,ut ẜm unūquodq; intellectuale aīal,multa ſint ſenſibilia. non enim multi ſunt ſoles,neq; multæ lunæ,ſed oīa ſolitaria,q̄ cœleſtia ſunt aīalia.Dicēdū igiť ꝙ q̄libet eorum q̄ in mūdo exiſtūt ſpecies,non ſolum in cœlo,ſed & ſub luna,una eſt unius exēplaris.non enim ſol ſolus eſt unus,& luna una,ſed & homo unus,qui ſemp ſtans in mūdo p imaginē, & equus unus in his q̄ generātur & corrūpuntur eſſe hñs:& hæ ſunt cōia & ſpecies inſeparabiles à materia,q̄s & Ariſtoteles cōfiteť,æternas eē,non exiſtētes uidelicet primarias ſpēs,nullum.n.naturaliū eſt primarium,ſi quidē materia participās ſpēbus informatur,exiſtente aūt participante,neceſſe eſt aliā qdem eſſe participationē,aliud autē id à quo participatio dať. ꝑpter quod nō ſunt primariæ ſpēs quę ſunt in materia,ſed ẜm ſiſitudinem earum q̄ ſunt primariæ in extremis formatis.eorum aūt quæ generātur & corrūpuntur unūquodq; hoc quidem cōe,puta hō eſſe,habet ab uno exēplari:hoc aūt habet propriū,ab ea q̄ cœleſtiū,& eorū quæ ſub luna,alias alia:facta etiam diſpoſitione,à qua ſubſiſtūt indiuidua,indiuidua & ipſa exñte,& ſimpliciū ꝓductrice ad quā aſſimilať. ꝑpterea ſapiētes & genera,& ſpecies,& formas genitorū deſcribūt,ad cœleſtes figurationes aſpicientes,& eas q̄ ad illas ueſtigantes ſimilitudines inde ꝓgenitorū. quare & æternorū unūquodq; & generabiliū & corruptibiliū,unum numero ad ꝓximū aſſimilať exemplar.Et bene Plato ab hoc ꝙ eſt unū mundi exemplar,& pfectum intellectuale

intellectuale aial, unū esse mundū ostēdit. Alexan.autē & alia opponit argumenta, nō solum ꝗ ɔtingit, sed etiam ꝗ necesse sit plures esse mūdos dicentia, ad q̄ non adduxit solones, nisi fortè inducenda ab Aristotele putet & hæc soluere. Dicit igiƭ ꝗ mūdus, aut à cōditore factus ē, aut à natura, siue autē à cōditore, rōnabile est illū & alios posse facere, ut uidemus in artificiatis, siue à natura, idē est dicere. Dicendum ꝗ si faciens fecit multos, aut oīno similes, aut aliqualiter dissimiles: si oīno similes, frustra essent multi, si autē aliq̄liter dissimiles, unus utiq; esset, qui ex oībus esset ꝑfectus. Secundo autē ait, si in aliis impfectis, & modicū ente participantibus, uidemus spēm esse pluriū perfectiuā, uerisimile est magis in optimo & pfecto hoc esse, sed magna ex parte unūquodq;, nō erit perfectū penitus, siquidem alia p̄ter ipsum habet. Tertio aūt ait, si melius est optima esse, optimū autem mūdus, & ab optimo genitus, rationabile est plures eē mundos, sed q̄ plura sunt, nō possunt optima esse, nisi uno comprehendantur, quia omnium optimū & bonum, unum est.

Esse quidem igitur alteram rationē eam quæ sine materia, & eam quæ in materia formæ, bene quidem dicitur, & sit hoc verū, sed nihilominus nulla necessitas est, propter hoc plures esse mundos, neq; cōtingit esse plures, siquidem iste ex tota est materia, quēadmodum est. Sic autē forte magis quod dicitur erit manifestum, sic enim simitas est curuitas in naso, aut carne, & est materia simitati caro, si ex omnibus carnibus vna fiat caro, & existat in hac simū, nihil vtiq; aliud neq; erit simū, neq; cōtinget esse. Similiter aūt & si homini sunt materia carnes & ossa, si ex oī carne & oībus ossibus homo fiat, impossibilibus existentibus dissoluta esse, non vtiq; cōtinget esse aliū hominē, similiter autē & in alijs. Omnino enim quorūcūq; est substantia in subiecta materia, horum nihil cōtingit factum esse, nō existente quadā materia. Cœlū autē est singulariū, & eorum quæ ex materia, sed si non ex parte ipsius cōstat, sed ex omni, esse quidē ipsi cœlo, & huic cœlo, alterū est, non tamē neq; erit alius, neq; cōtinget factos esse plures, propter omnem materiam ab hoc comprehensam esse. restat igitur ostendere istud ipsum ꝗ ex omni naturali & sensibili constat corpore.

Hinc incipit soluere dubitationem, duas autē ꝓpōnes obiectio cū acceperit, unam qdem dicētem, Com. 92. cœli aliud qdem esse spēm, aliud autem cōpositum, qa sensibilis & materialis, & singulare est, alteram autem dicētem, quorū aliud qdem forma & spēs, aliud autē qđ simul utrūq;, horū aut sunt, aut contingit plura fieri singularia. minorem qdem ꝓpositionem acceptat, rephendit aūt maiorem, tāq̄ non necessario uniuersalr̄ positam. Non.n. quorū aliud forma, & aliud simul utrūq;, necesse est plura numero esse, nam & si unū aliquid ex tota materia cōsistit, uelut si nasi forma ſm aquilinitatem ipsius uel simitatē, nata est fieri in carne, existēte una numero, in omni fiet carne. Similr̄ aūt & si homini materia sunt carnes & ossa, si ex omni carne & oībus ossibus homo fiat, aliud qdem spēm eē, & aliud qđ simul utrūq; in ipsis uerū est. Nō adhuc autē & plura esse quæ specie hac participāt, si ex omni materia sit quod simul utrūq;. quare neq; aquilina multa, neq; hoīes multos necesse est esse. q̄re maior ꝓpositio non necessario uniuersaliter ponitur. Valde autem diligenter apposuit {impossibilibus existentibus dissolui} quāuis enim ex omni carne, & ex oībus ossibus homo consisteret, dissoluerētur autem hæc, nihil ꝓhiberet cōpositis ipsis iterum & alias facto hoīe, multos fieri hoīes. Indissolubilibus uero manētibus his, nō utiq; alium esse hoīem possibile est, si materialis qdē homo, alia autē materia non est, p̄ter uni homini subiectā. q̄re & cœlū quāuis materiale, & sensibile sit, & ꝓpter hoc singulare, & alterum qdem ipsum sit p̄ter compositum cœlo esse, & aliud huic cœlo, hoc est singulari, aliud enim in ipso est species, aliud qđ simul utrūq;, non tamen ꝓpter hoc erit & aliud cœlum, neq; continget fieri plures, quia hoc comprehendit totam materiam. Dicente autem Aristo. {omnino enim quorūcūq; est substantia in subiecta materia} notandum ait Alexan. ꝗ spēm in subiecta materia dicit cōmunius tāquā subiecto aliquo indigente, cōsuetus.n. usus ipsi, aut dictū est ait per hæc, q̄ bus esse cū materia est, & hæc quidem manifesta & dicta sunt mediocriter, sed siqdē ait spēs in subta materia erit, erit & anima in subiecto. Quomodo igiƭ illud uerū est nulla suba in subiecto dicta est in p̄sentis. Et hoc quidē soluit bene. nam simul utrūq; suba materialis, & in seipsa existens, ipsa diciƭ non esse in subo. sed animæ exēplum, frustra (ut existimo) positū fuit & huius solius gratia, ad ostēdendum, ꝗ etiā ſm Aristotelem entelechia & species exn̄s anima, in subo est. siquidē in libro de anima duplicem entelechiā & speciem ait Aristo. hanc quidē separabilem, hanc autē inseparabilem, & de intellectu & speculatiua uirtute planè dixit, ꝗ uideƭ esse alterū genus animæ & hoc solū cōtingere separari, sicut æternum à corruptibili, & in tertio de ſm actum intellectu animæ ait ꝗ iste intellectus

ſeparabilis & ĩpaſſibilis & nõ mixtus,ſubſtãtia exñs actu.Hic uero planè de corporalibus ſpẽbus ſer/
mo,& de his dixit,ꝗ quorũcũq; eſt ſuba in ſubta q̃dam materia,horum nihil cõtingit fieri, non exi
ſtente aliqua materia.Cum dixiſſet igitur ſolui obiectionẽ per hoc,ꝗ ex tota materia cõſiſtat cœlum
uel mundus,ꝑponit oſtẽdere diſtinguẽs primo, quot modis dicitur cœlum,& ẽm quod ſignificatũ
cœlum dicimus mundum,quem proponit oſtendere nunc,ꝗ ex tota materia conſiſtat.

Dicamus autem primũ quod dicimus cœlum eſſe & quot modis,vt magis nobis manifeſtũ fiat quod quęritur.Vno igitur modo cœlũ dicimus ſubam extremæ totius circulationis,aut corpus naturale qđ eſt in extrema circũferẽtia totius.Cõſueuimus enim extremũ & ſurſum maxime vocare cœlũ,in quo & diuinum omne locatũ eſſe dicimus.Alio autẽ rurſus modo,cõtinuum corpus extremę circũferentię totius,in quo luna & ſol eſt & quędã aſtrorum:etenim hæc in cœlo eſſe dicimus.Adbuc autẽ aliter dicimus cœlum,cõtentum corpus ab extrema circũferentia,totũ enim & omne cõſueuimus dicere cœlum. Tripliciter autẽ dicto cœlo,totum ab extrema circũferentia contentũ,ex omni neceſſe eſt cõſtare naturali & ſenſibili corpore,ꝓpter neq; eſſe vllum extra cœlũ corpus,neq; cõtingere factũ eſſe.

Com. 93. Tripliciter dici cœlum/ait/nam octauã ſphæram cœlũ ꝑcipuo nomine uocamus, quã ipſe dupliciter determinauit,dicẽs ipſam eẽ ſubam extremæ circulationis uniuerſi,hoc eſt, extrema circulariter mota ſuba,aut corpus naturale,quod ẽm extremã uniuerſi circulationẽ,pro ſuba cõiori exiſtẽte,naturale corpus trãſumens,ꝓpinquius exiſtens ꝓpoſiti genus, & pro teſtimonio inducit cõſuetudinẽ uocãtem cœlum quod ſurſum eſt maxime & extremũ,ſi enim in cœlo diuinũ omne locari dicimus, tanq̃ ſupreme omniũ locatum ip̃m adoramus.Dicebat igitur & ẽm principia,quia omnes locũ ſurſum,diuino numini aſſignãt,palã igitur ꝗ extremũ & ſupremũ cœlũ maxime cœlũ uocari putamus, utimur autẽ nomine & in aliis ⁊Notat autẽ Alexan. ꝗ nõ tanq̃ eodem exiſtente qđ ſurſum,& qđ in circuitu extremo,ſic dixit{quod extremũ & quod ſurſum,}ſed tanq̃ in ɔſuetudine exiſtẽs, extremũ illud ſurſum uocari. Quoniã & ip̃m quod ſurſum ad id quod deorſum cõtraponens,& leue, quidẽ ſurſum moueri dicens,graue autẽ deorſum,in circulo lunaris ſphæræ oſtendit eſſe qđ ſurſum.Nam uſq; illuc ſemꝑ fertur ſupernatatiuũ & leuiſſimũ.ſ.ignis.Erit aũt/ait/& quod extremũ, ſurſum,ſiquidem ſupra leuiſſimũ eſt,ſed qualiter in octaua ſphæra omne diuinũ locari dicimus,ſi diuinas etiã erraticas putamus?an q̃a diuino ubiq; qđ ſummũ aſſignantes,& totum cœlũ diuinũ putãtes,ẽm ſummum ipſius effingimus,& cõuerſio noſtra ad diuinũ,ad ſurſum tendens, uſq; ad ſuꝑmum tẽdit?an quia omnia diuina,primo diſiuncta,& ſuper mũdana exiſtentia,ſua natura,à primo & optimo corporum maxime cõtinẽtur? Scđm ſignificatũ cœli dicit,ẽm ꝗ planetarũ cœlum dicimus.Hoc enim eſt, quod cõtinuũ aut ꝓximum eſt corpus extremæ circulationi uniuerſi, in quo ſunt luna & ſol & alia aſtra,quę dicũtur errate. Et ꝗ hoc cœlũ dicimus, perſuadeť ex hoc,ꝗ hęc aſtra in cœlo dicimus nos. Diuiſim autẽ nominationẽ firmamenti & planetarũ tradens,dedit intelligere,ꝗ oẽ circulariter mobile & extremũ,quod ad generabile & corruptibile diuiſum eſt, cœlũ dicimus. Nam & ipſe tãq̃ naturi unam habente toto,& unum motũ.ſ.circulationẽ cõmuniter oſtendit de ipſo ꝗ alia ꝑter ea quę ſub luna elementa,quinta q̃dam eſt ſuba cœleſtis corporis,neq; grauitatẽ habens,neq; leuitatẽ,& ꝗ ingenitum hoc & incorruptibile eſt,cõmuniter oſtendit,& iterũ oſtendet, & q̃re uno nomine totũ uideť ipſe uocans.Tertiũ autẽ cœli ſignificatũ dicit corpus qđ cõtinetur ab extrema circulatione,cũ ipſa uidelicet extrema circulatione.Nam totũ & omne cõſueuimus dicere cœlũ,ut quod cõtinetur, ſumať cum cõtinente & ẽm hoc totus mũdus cœlum dicitur. Et eſt etiã his qui ante Ariſto.nomẽ cõſuetũ. Nam in multis locis Plato cœlum mundũ uocat, ſicut in ciuili dicens.qđ igitur cœlũ & mundũ nominauimus,& in Timæo.Totũ itaq; cœlũ,aut mũdus,aut aliud quodcũq; nominatũ,maxime utiq; ſuſcipietur,hoc nobis nominatũ ſit.Dicitur autẽ & mundus cœlũ, aut quia ẽm principaliſſimũ eorũ quæ in ipſo ſunt,bene ſe habuit ip̃m ſic nominari,ut homo ab anima,& anima rationabili ἄνθρωπος .i. homo dicitur ab ἀναθρεῖν .i.recolligere quæ uidit,& multa in unũ colligere.Solus enĩ animaliũ homo ex multis ſenſibilibus ꝓcedentia recogitãs in unũ coaceruat.ſi aũt & etymologiã cœleſtis nominis ꝗs intelligat,quã Plato in Cratyllo tradidit,quod cœlũ eſt, id/qđ ſurſum uidetur tãq̃ cauſas ſuas cõuertens,& manens in ipſis,merito & mũdus cœlum dicetur,à ſuiipſius cauſis dependẽs.tripl'r itaq; cœlo dicto, tertiũ hoc ſignificatũ eſt ẽm quod & mundum cœlũ dicimus, hoc aũt eſſe/ait/quod dictũ eſt, ex omni conſiſtere naturali & ſenſibili corpore. Et cãm appoſuit,nam ꝓpter nõ eſſe aliquod corpus extra cœlũ,neq; cõtingere fieri.Si enĩ nullũ eſt extra ip̃m corpus,palàm eſt ꝗ ex omni corporea cõſiſtentia eſt hoc.Hoc igitur iam oſtẽdendũ,ꝗ neq; eſt aliqđ corpus extra cœlũ neq; cõtingit fieri.

Si enim est extra extremā circulationem corpus physicū, necesse est ipsum aut simplicium esse corporum, aut cōpositorum, & aut sc̃dm naturam, aut præter naturam se habere. Simpliciū igitur, nullū vtiq; erit. Quod enim circūfertur ostensum est, quoniā non cōtingit permutare, suūpsius locum, sed neq; q̄ à medio fertur est possibile, neq; quod in medio subsistat, sc̃dm naturam enim nō vtiq; erit. Alia enim sunt ipsorum ꝓpria loca, præter naturā autem siquidē sunt, alii cuidam erit sc̃dm naturam qui extra locus. eum enim qui hui præter naturā, necessariū est alii esse sc̃dm naturam, sed non erat aliud corpus, præter hęc. Non igitur est possibile vllū simpliciū extra cœlū esse corpus. Si aūt non simplicium, neq; mixtorum, necesse est enim esse simplicia, mixto existente.

Si est aliquod corpus extra extremū cœlum, necesse est aut ip̄m simplex eē, aut cōpositū, simplicia autem corpora ut ex simplicibus motibus ostensum est, sunt qđ circulo moueť & quę sup rectā, qđ à medio scilicet leue & supernatatiuū, & quod ad mediū.s.graue & subsidēs. sed quod qdem circulo mouetur, ostensum est/ait/Alexan. q̄ neq; moueri aliquo pręter naturā motu possibile est ip̄m. Si autem hoc, palā, q̄ neq; in alio loco possibile est ip̄m, aut esse, aut fieri, p̄ter eum qui circulo in quo est, sed palā est q̄ qui dicit extra extremā circulationē eē corpus naturale motū, non hoc cœlū extra ip̄m esse, aut fieri dicit, sed magis alterius mūdi cōtentiuū. Fortè igitur dicendū, q̄ ostensum est in p̄cedētibus, unū esse medium & unū extremū, extremū autē est circulo mobile corpus, nō utiq; erit extra extremum aliud circulariter mobile, ut nō in hoc sit omne extremū, sed & in illo, uariationē aūt non in natura circulo mobilis & extremi, acceptās Alexander, sed in hoc circulo mobili/ait/ip̄m non posse in alio loco, aut esse fieri, pręter eum in quo est, & quidē ut dixi, nō hoc ꝓponebat ostendere, q̄ istud cœlum extra seip̄m nō est, sed q̄ extra extremū, & circulo mobile corpus hoc, nō est aliud circulare corpus, sicut neq; leue, neq; graue aliud extra hunc mundū esse ostēdit, sed nō q̄ quæ hic sunt, non sint extra ipsum. Quòd aūt neq; graue, neq; leue, neq; prorsus aliqd eorū quę super recta mouenť, sit extra cœlū: ostendit, ꝓprio iterum mō ostensionis utens. Si.n.est, aut fm naturā est, aut p̄ter naturam, utroq;.n.mō nata sunt hæc esse in loco. hæc.n.ostensa sunt fm naturam manere in loco in hoc mundo ad quem fm naturā unūquodq; fertur, siqdem unum ostēsum est mediū, & unum extremū. si autem aliqs dicat, p̄ter naturā ibi esse aliqđ corporum recti motus, palā est q̄ aliis corporibus erunt fm naturam loca illa. Qui.n.alii p̄ter naturam, alii fm naturā est, nullū autem est aliud corpus p̄ter hæc simplex. Si autē nullum corpus simplex possibile est esse, extra hoc cœlum, neq; mixtū utiq; erit. Nā mixta ex simplicibus cōponuntur & existētibus mixtis, necesse est & simplicia esse ☞ Attendendū autem q̄ totā hāc ostensionem depēdentem ex prius ostēsis ꝓduxit, in qbus ostendit eū qui fm naturam uniuscuiusq; corporum locū, non solum specie, sed & numero unū existentē in hoc mundo eē, propter hoc circulariter mobile corpus ostensum fuisse/ait/nō contingere uariare locum suū, & corporum recti motus ꝓpria hæc esse loca, hæc.n.insinuat dicēs, alia.n.ipsorū sunt ꝓpria loca. Com.94.

At vero neq; fieri potest, aut enim sc̃dm naturam erit, aut præter naturā, & aut simplex, aut mixtum. Quare iterū idem veniet sermo. nihil enim differt cōsiderare si est, aut si factū esse possibile est. Manifestum est igitur ex dictis, quia neq; est extra, neq; cōtingit factum esse corporis molē vllius: ex omni enim est propria materia totus mundus. Materia enim erat ipsi corpus naturale sensibile. Quare neq; nunc sunt plures cœli, neq; fuerunt, neq; contingit fieri plures, sed vnum & solum & perfectum est istud cœlum.

Ostenso q̄ nullum est corpus extra cœlū, cōsequēter q̄ neq; fieri possibile ostēdit, hoc.n.erat maxime ꝓximo ꝓpositum, q̄ nō solum est unus mūdus, sed & qđ est impoſe fieri plures. Qđ qdē ostenditur per nō solū non esse corpus extra hūc mūdum, sed & impoſe fieri. Quòd autē neq; fieri possibile sit, per eūdem ꝓcessum ostendit. Neq;.n.simplex, neq; cōpositū, neq; circulo mobile, neq; quod recti motus, ꝓpter unū esse medium, & unū extremum, & eorū q̄ fm naturā unūquodq; non sp̄ē solū, sed & numero unū esse. Dicit autē Alexā. q̄ huius q̄ nō sit aliquod corpus sensibile extra hūc mundū, neq; possit fieri cām assignauit hoc, q̄ ipse est ex tota sua materia. Fortè autē cōtrariū huius.s. q̄ ex tota materia sit hic mundus, cām assignauit hoc/q̄ nullū corpus est extra ip̄m, neq; simplex, neq; cōpositum. Nā & obiectionem multos esse mūdos astruentem, soluēs per hoc q̄ ex omni materia mundus hic cōsistit, relinqui/ait/ostēdere hoc/q̄ mūdus ex omni materia cōstat. Qđ quidē ostēdit p hoc q̄ neq; extra cœlū est aliquod corpus, neq; cōtingit fieri. hæc igiť illius causa, siqdem sit per cām ostē/ Com.95.

sio,quáuis.n.sëinuicem hæc cõsequantur.s.ex omni materia esse,& nihil extra relinqui,tamẽ hoc.s. nihil extra relinqui,nõ uidetur illud.s.ex omni materia esse.nam & omne diffiniẽtes,dicimus cui nihil deficit.Bene aũt dixit,nihil differre cõsiderare si est,aut si fieri possibile est.Nam possibilia fieri & maxime naturalia,& nõ impedita,fient utiq;,aut habẽt frustra posse.Quæ autẽ ſm electionẽ possibilia sunt fieri,sæpe nõ fient,uariata electione,aut aliũde ꝓhibita.Nõ ociose autẽ intellexit Alexan.hoc {omnis mũdus} signum enim huius esse ex omni materia,omne dici mundum,ait,neq; enim sensibilis homo,omnis dicitur,neq; aliud aliquid præter mundum.

*Simul autem palã,ꝙ neq; locus,neq; vacuũ,neq; tẽpus est extra cœlũ.In omni enĩ loco possibile est existere corpus.Vacuum aũt esse dicunt,in quo nõ existit corpus,possibile est aũt esse.Est aũt tẽpus numerus motus,motus aũt sine physico corpore nõ est,extra cœlum aũt ostensum est,ꝙ neq; est,neq; contingit fieri corpus.*Manifestum igitur ꝙ neq; locus,neq; vacuum,neq; tẽpus est exterius.

Postquā cōtradixit dicentibus genitum q̃dem, sed incorruptibilem mūdum, trāsit ad dicentes genitum q̃dem, sed corrūpi & iterum generari uicissim, & hoc ꝯtinue, ut Empedocles & Heraclitus uidebanť dicere, & posterius q̃dam Stoicorū. Tales itaq;/ait/Aristo. & ipsos nō dicere corruptibilē mūdum, sed æternū q̃dem seruare, alterationem aūt ipsi apponere solā formam trāsmutātes. Si.n. est mūdus tota materia specificata & ordinata, & tunc quādo dicunt ipm̄ corruptum esse spēm habet, aut ꝑfectiorem, aut fortasse impfectiorem, qui autem corruptionē mundi hoc dicit, tale aliq̃d dicit, ac si q̃s ex puero uirū factum, & ex uiro puerum, quādoq; q̃dem corrumpi, quādoq; eē aūt putet. Sic.n. etiā in transmutationibus manet mūdus, existens mundus: nō.n. in habendo hanc aliquā formā determinate est mūdus. Q̃m neq; elēntorum inuicem trāsmutationes & uariatiōes & anni temporū successiones erunt corruptiōes mundi, sed sicut si ex Socratis corruptione Plato generareť, & ex corruptione Platonis iterū Socrates, nō utiq; aliquis diceret hoīs hanc generationem & corruptionē, ut hoīs, sed in diuersas formas trāsmutationem, & maxime elemētis ex q̃bus ambo cōsistunt, eisdem manētibus, sic & si ex mūdo hoc, mundus fieret alius uocatus sphærus, aut ut moderni dicunt nouus, & ex illo iterum, ista alteratio utiq; erit mūdi, & nō generatio aut corruptio. Quāuis.n. amicitia congregās elementa huius mūdi soluti sphærū faciat, mundus tn̄ iterum aliq̃lis erit, & ille elēntorū concretiuus ordo nō cōtingens est, sed mundi factiuus & semp specie idem: solū autē corruptus esse diceret mundus, si ad inordinata & alias aliter se habentia trāsmutatio ipsorū fieret. Si autem & mūdus uterq; & semper eādem spēm habens, uterq;.n. facit aliquid, ex hoc.s. ꝙ mūdi differētiæ eędem manent semp: quomō erit hic corruptio. Maxime autē ait, hoc.s. utrūq; mundum semp eādem habere spēm conse Cō.103.

quit Empedocli dicenti easdem causas determinatas, quis cõtrarias generatiõis & corruptiõis.s.lite & amicitiam. Si.n.semper eędem causæ determinatæ, & materia eadem.s.q̃tuor elnta incorruptibilia entia, & ordinem qui fit ab utraq; determinatum necesse est esse, & semp eũdẽ, & nõ alias aliũ. Quare si mundus est continui subiecti cunsistentia, & dispositio non quæ talis, sed simplicior, uidelicet to corpus continuum, quáuis quandoq; quidem sic, quádoq; autem alio modo disponatur, & ordinet, non utiq; mundus generabitur & corrumpetur, sed dispositiones ipsius.

Prorsus autem genitũ corrumpi & non reflecti, existente quidẽ vno, impossibile est. Priusq; enim fieret, semper existebat quæ ante ipsum fuit cõsistentia, qua nõ facta, non possibile esse dicimus transmutari. Infinitis autẽ existentibus mundis / cõtingit magis. Sed tamẽ & hoc vtrũ impossibile, an possibile, erit manifestum ex posterioribus. Sunt enim quidã quibus cõtingere videtur, & ingenitũ aliquid existens corrumpi, & genitũ incorruptibile perdurare, sicut in Timæo. ibi enim ait, cœlũ factum esse quidem, non tamẽ corruptibile, sed fore semper de cętero sempiterno tẽpore. Ad quos naturaliliter qdẽ de cœlo solum dictũ est, vniuersaliter aũt & de omni speculãtibus erit & de hoc manifestũ.

Cõ.104. Ad tertiam trãsit opinionem ponẽtium genitum mũdum, dicentem corrũpi qdem ipsum genitũ nõ tamen sic ut iterũ reflectatur, sed ut unũquodq; corruptibil ũ dicimus corrumpi, uelut Socratẽ neq; enim Socrates corruptus, iterũ Socrates fit, sic autẽ se habere/ait/uno qdem mũdo posito impole est, infinitis aũt rõnabilius, & inde statim subiũgit. Quare impole est sic se hr̃e mũdum talem existtem. Nã materia & oĩno cõsistentia & natura, ex qua genitus fuit mũdus, & ante fieri mundum, poterat in mũdum trãsmutari, & ex ipsa sic se habente mũdus genitus fuit. Potentiã.n.habuit ut trãsmutaretur in mũdum. Quare & quãdo corruptus fuerit mũdus, iterũ trãsmutatur in talẽ ↄsistentiã ex qua genitus fuit, habẽtem potentiã ut mundus ex ipsa generet. Talis.n.erat & prius, si autẽ hoc, & generabit iterum mũdus ex ipsa sicut & prius. Nã habẽs potẽtiam ut generet aliquid in ĩfinito tẽpore utiq; generabit. Hoc autẽ obscurũ existẽs differẽter exponit Alexã, eã.s.quæ sine generatiõe cõsistentiam, q̃ & anteq̃ mundus generaret erat: si.n.id ex quo genitus fuit mũdus nõ erat possibile trãsmutari in mũdum sine generatiõe, ut ex ipsa mũdus fieret, neq; factus est. Si autẽ per generationẽ, palàm est q; habuit potentiã illa cõsistentia anteq̃ mũdus generaret: omnis.n.generatio à potẽtia est cui cõsequitur. Quare quãdo corruptus fuerit mundus, & trãsmutabit iterum in talem ↄsistentiã, cũ potẽtia iterum esse habeat, ut ex ipsa mũdus generet. Magis autem/ait/possibile tale hoc esse q̃ genitũ e si aũt ingenita, & æterna erat ante q̃ generaret mũdus cõsistentia impossibilis erat trãsmutari, hoc.n. supponit, si autem hoc neq; mũdus genitus fuisset, qm̃ autem genitus est, neq; quæ ante generari cõsistentia fuit ingenita erat & ęterna. Possibile.n.in illam & ex illa quæ subiiciunt ipsi transmutari, ut & iterum ex ipsa generentur: horum.n.alterutrũ ostensum fuerit factum, siue mũdus, siue id ex quo mũdus, ostensa sunt reflectentia. Et bene (ut existimo) sic adiecit, si.n.ex tempore genitus est mũdus aut generat æternaliter, p̃existit quæ ante ip̃m consistentia qua nõ genita, sed æternalr̃ existente, põt similr̃ semper se habere, nec dicimus trãsmutari mũdum. Ostensum est.n.hoc q; quæ in æterno & i-nito prius tempore nõ transmutata fuerunt, nõ adhuc utiq; transmutabunt. Hoc autẽ dicit Aristo cõfessum accipiens hoc, q; omne qd̃ in tempore aliquo determinato, puta in aliqua determinata p-te tẽporis generat, hoc autẽ est f̃m ipsum {fiens} ex transmutatione aliqua generari, qa nihil ex non ente generatur. Propter qd̃ sæpe dixi, q; impossibile est dicere causam, p̃pter quã tunc genitus fuit & non prius aut posterius. Qui autẽ nostro tẽpore sapientes non à principio temporis genitũ esse mũdũ dicentes, neq; p̃existere aliquã cõsistentiam putant, ex qua mũdus generaret, neq; f̃m transmutationem omnino genitũ esse, sed ex nõ ente subsistere, atq; ideo nõ possunt dicere p̃pter quã cãm tũc, sed nõ prius, aut posterius subsistit. ostenso igit ab Aristo. q; impossibile est unũ entem genitũ corrũpi, & non adhuc reflecti, infert q; infinitis entibus cõtingit magis hoc, & Alexãder cãm apponit: nõ.n. in materia mundi/ait/dissolutio ipsius est & corruptio, quæ potentiã haberet, ut generaret mũdus, sed in alium mũdum, quibus infinitis existentibus inuicẽ succedentibus nõ necesse est iterũ ad eũdẽ reditum fieri. Sic autem uidebat Leucippo & Democrito. Prõptum est autem (ut existimo) quærere, quid differt, hæc suppositio ab ea q̃ uicissim instituit & dissoluit. Qm̃ dixit Aristo. nihil aliud facere q̃ æternum qdem astruere mũdum, sed formã trãsmutantem, ut Empedocles uidebat dicere. Fortè autem & magis hoc his qui circa Democritũ ↄuenit, siqdem Empedocles diuersas ipsorũ apud ipsum mũdorum species dicebat, ita ut & noĩbus uteretur diuersis, hũc quidem sphærũ, hunc autem mũdum proprie uocans. Mũdi autem Democriti in alteros mũdos trãsmutati ex eisdem atomis existentes, idẽ specie fiunt, quáuis nõ numero. Nisi fortè qa hi nõ supposuerunt effectiuas causas determinatas

minatas,sed motu atomorũ,ut cõtingit facto cõsistere effectus,accidit nõ easdem mundorũ species fieri,sed alias,& ꝓpter hoc nõ esse alterationem ut in illis trãsmutationem,sed generationẽ & corruptioneın. Et fortè hoc uidẽs Aristo.dicebat in illis eũdem ordinem & cõsistẽtiã generari,qcũq; dispõsitionis utriusq; pro causa ponunt,id quod est contrarium.Sed si ut/ait/Alexander dissolutio his qui circa Democritum non in materiam fit,sed in alium mundum,quomodo his qui infinitos dicunt mũdos,hoc conceditur dicere,& non his qui unum aut plures?fortè igitur Aristo.hypothesim inuestigans dicentium,genitum quidem,corruptibilem autem,sic ut non reflectatur,non accepit in mũdum factam dissolutionem: hanc enim alterationem dicebat,sed in non ens,& hoc his quidem qui unum mundum supponunt dicebat non procedere.Infinitis autem entibus,contingere magis.Nam corrupti non redibunt,ꝓpter infinitatẽ,& non qa possibile est sic fieri dixit hoc,{cõtingit magis}sed ad cõparationẽ unum dicentiũ,& corrũpentiũ,sic ut nõ reflectat̃,ibi enim & deficeret mundus,qđ in infinitis non fit.Quòd aũt neq; hanc potentiã putet cõtingentẽ,manifestauit dicẽs.{Sed tamẽ & hoc utrum impossibile an possibile, erit palã ex posterioribus,}non solũ enĩ iam ostensum est q; nõ sunt infiniti mũdi,eo q; neq; infinitũ est corpus,& eo q; neq; plures uno sunt, & qa ingenerabilis & incorruptibilis est mundus,sed & in secũdo de hoc ostendet,q; ingenitus & ĩcorruptibilis.¶ Cõsiderandũ autẽ/ait/Alexan. quod fortè in posterioribus libris interimens atomos ex qbus & per q̃ mundorũ infinitas ẽm supponẽtes ipsos,simul & opinionẽ ipsorũ hanc impossibilẽ existentẽ ostendet.Fortè aũt nõ in longum reiciens Aristo. dixit.{erit manifestũ ex posterioribus}neq; tanq̃ ostensurus hoc,q; non sint infiniti mundi, hoc enĩ iam ostensum est, sed tanq̃ cõsequenter de hoc dicẽs, argumentat̃ aũt ex supra inducta causali cõclusione.{Sunt enim/ait/quidã qbus cõtingere uidetur,& ingenitũ existens corrũpi,& genitũ incorruptibile pseuerare}.Quæ ipse interimens ostẽdet,qa quod ingenitũ est semper incorruptibile est,& qđ corruptibile genitum. His aũt ostensis ostendet̃ & q; sic genitũ non est possibile æternaliter esse, sed reflecti iterũ ad nõ esse,si autẽ hoc,palã q; impoẽ & quę ex infinitis mũdis corrũpunt̃ non adhuc reflecti.Et est hęc Alexã.suspicio,dicentis occultatã esse in ꝓposito sermõe eam quæ aduersum dicentes corruptũ mundũ non adhuc fore cõtradictionẽ. Exemplũ autẽ dicentium genitum incorruptibilẽ pseuerare inducit id qđ in Timæo Platonis dicit̃. Quòd enim nõ ambo pmissa.s.ingenitũ aliquid ens corrũpi,& genitũ incorruptibile pseuerare,putat dici à Timæo, manifestauit ipse inferendo.ibi enim ait Timæus cœlũ genitum quidẽ esse, non tamẽ corruptibilẽ, sed fore reliquo semp tẽpore.& ex cõmuni Alexãder/ait/possibile est intelligere in Timæo scriptũ.Eiusdẽ enim rationis genitũ aliquid incorruptibile dicere & ingenitũ corruptibile, sed & inordinatio/ait/ex qua mundus genitus est,ẽm ipsos ingenita existens corrupta est in ordinẽ & mundũ trãsmutata.sed palã q; si corporeũ est uel uisibile, qđ inordinatum est ẽm Platonẽ,ut insinuat dicẽs. Assumens deus quodcũq; erat uisibile,non quietẽ ducens, sed motum fluctuose & inordinate, palã q; & genitũ etiã ipsum/ait/Plato.Nam uisibile omne fiens & genitũ determinauit. Fortè igit̃ huius ꝓpositionis dicentis,aliquid esse ingenitum quidem, corruptibile aũt, nullus p̃extitit, neq; ẽm apparens sic dicens, sed Aristo.gratia perfecte diuisionis,& illud membrũ addidit,& simul quia cõuersio ingenerabilis & incorruptibilis auxiliabit̃ ipsi ad ostendendũ q; & genitũ & corruptibile ad inuicẽ cõuertuntur. Qm̃ autẽ eius quæ est in Timæo inordinationis etiã hic meminit Alexãder tanq̃ p̃existentis ante mundũ ẽm Platonem,& ego iterũ reduco ad memoriã q; Plato/ait/tẽpus cũ cœlo genitũ esse. Quo mõ igitur ante cœlũ,tẽpus aliquod p̃existere est possibile? Et quia qđ corporeũ quãtum in seipso & solubile & inordinatum existens, & æternũ & dispositũ ostendit ꝓpter dei bonitatẽ cõsonantem sibi,& Aristo. quãdo dicit mundum per seipm̃ quidẽ finitã habere uirtutem sed ꝓpter mouentẽ cãm, semper mobilem & infinitæ uirtutis fieri. Ad dicentes aũt/ait/genitũ & incorruptibilẽ mundum, aut ingenitũ & corruptibilem uniuersal̃r quidẽ dictum est prius,quãdo ostendit cœlũ ingenitũ existens & incorruptibile,ex eo,q; fiens qdem & corruptũ omne ex cõtrario generari,& in cõtrariũ corrũpi. Cœlo autẽ nihil esse cõtrarium,si enim esset aliquid contrarium,sibi,hr̃et utiq; illud motũ cõtrarium circulari motui,cõtraria enim naturaliter sunt,quæ cõtrarios habent ẽm naturã motus,ostenso igit̃ q; circulari motui non est cõtrarius motus habet cõsequens q; neq; circulariter mobili sit aliquid cõtrarium. Huic autem qđ neq; generetur ipm̃ neq; corrumpatur ꝯñs est. Et est ostensio naturalissima sumpta ex causa generationis naturalium corporũ,& corruptionis.s.ex ꝯtrariis & in cõtraria esse generatiões & corruptiones,sed dictum est de cœlo solũ,uniuersal̃r autẽ de omni cõsiderãtibus, unũ possibile sit genitum aliquid incorruptibile esse,an ingenitum, corruptibile, erit & de cœlo manifestum.nam cũ uniuersalibus particularia condemonstrantur.

Primo autem diuidendũ est quo modo ingenerabilia & generabilia dicimus & corruptibilia & in-

corruptibilia. Multipliciter enim dictis, & si nulla differentia sit ad sermonem, necesse est tamen intellectum confuse habere, si quis diuiso multipliciter tanquam indiuiso vtatur. Immanifestum est enim secundum quam naturam ipsi accidit quod dictum est.

Cõ.105. Proponens inquirere utrum possibile sit assequi genito incorruptibile, qm̄ multipliciter unũquodq; horum dicit̃, oportere/ait/ipsorũ significata primũ distĩguere. Et huius opportunitatẽ docet bene, nã in his quę multiplr̃ dicuntur, si quis nõ diuidat significata, neq; determinet de quo ipsorũ inquisitio est, necesse est mentẽ audientis cõfuse se habere. Apposuit autẽ ex abundãti hoc, q̃uis nihil referat ad rõnem, quia & tũc oportet multiplr̃ dictum diuidere. Quãdo aũt nihil refert ad rõnem diuisio multipliciter dicti? an quãdo notum fuerit ſm quod significatũ rõnes fient? sed & tunc ait/cõfuse se habet aliqualiter audientis mens, cõsiderans multa significata. An ad rõnem dicentis/ait/nihil differre diuisionem multiplr̃ dicti, quando dicens ut in uno & eodẽ facit ſmonem, neq; exercitii gratia, neq; sophistice ad aliud & aliud significatũ trãsferens, tunc enim ut qui ad dicentẽ nihil facit diuisio multipliciter dicti, audiens autem confuse se habet, & hoc ĩmanifesto existente etiam, quod ostensum est, de quo significato ostensum est.

Dicitur autem ingenitum vno quidem modo, si sit aliquid nunc, prius non ens, sine generatione & transmutatione, quemadmodum quidam tangi & moueri dicunt. Non enim generari quidam dicunt tactum neq; motum.

Cõ.106. Proponens diuidere ingeniti significata, primo quidẽ illud/ait/quod quidẽ prius nõ ens, posterius autem ens, ingenitum tamẽ dicitur, tanq̃ sine generatione, hoc est motu aliquo & extensione ueniẽs ad esse. Nam quæ generatione nõ indigent ad subsistẽtiã, merito ingenita dicunt̃, sicut quidã tãgi & moueri dicunt & tactum, simul totaliter & in extense generari putãt, & motus dicunt nõ esse generationem, neq; trãsmutationẽ, neq; per generationẽ aut motũ, quod nõ mouet̃ ad moueri ꝓcedere. Si enim & ipsius motus trãsmutatio q̃dam est, erit trãsmutatio trãsmutationis & motus, motus, & hoc in infinitũ. Quod qdem nunc in alios remisit dicendo, quẽadmodũ quidã dicunt, in quinto autẽ de naturali auditu, ipse hoc ostendit. Fortè aũt tactus quidẽ & coruscatio, & uniuersaliter quæ subito & sine tẽpore uidentur subsistere, & principiũ & mediũ & finem habent reuera à non ente ad esse, & per generationẽ, ꝓcedunt ad esse, & tp̃s mensurat ipsorũ generationẽ, q̃uis minimũ existens occultet sui extensionem. Motus uero & generatio & trãsmutationes, existentes aliorũ motorũ & generatorũ & trãsmutatorũ ſm seipsas non patiunt̃. Neq; enim uiæ in uiis sunt, neq; ꝓtensiones in ꝓtensionibus, neq; mensuræ ut mensurę cõsiderata. Quãdo aũt motũ & generationẽ & trãsmutationẽ, ut sp̃es quasdã cõsideramus, à non esse ad esse ꝓcedentes, tunc & horũ intelligimus generationẽ, sicut & mẽsuram, puta cubitum, quãdo ut corpus distensum intelligimus, mensurari & ip̃am dicimus. quãuis & in hm̃oi possibile sit dicere, q᷑ si est mensura mẽsuræ, necesse est in ĩfinitũ ire, sed neq; ut mensuræ mensura est, sed ut corporalis extensionis, neq; ut motus mouet̃, neq; ut generatio generat̃, neq; ut trãsmutatio trãsmutatur, sed ut ipsa prius quidẽ nõ entia, posterius aũt entia cum tp̃e trãsmutantur. Et mihi uidetur Aristo. ꝓpterea q᷑ intellexit talem ipsorum trãsmutationũ, in alios remisisse sermonem dicendo, quemadmodum quidam tangi & moueri dicuntur etc.

Vno autem siquid cõtingens fieri, aut non fieri, non est aũt, similiter enim et hoc ingenitũ est quod contingit fieri. Vno autẽ siquid impossibile est prorsus fieri, vt & quãdoq; quidẽ sit, quãdoq; autẽ nõ. Impossibile aũt dicitur dupliciter: aut enim qđ simpliciter nõ fiet, aut nõ facile, neq; cito aut bene.

Cõ.107. Scdm significatum ingeniti tradit, quod cõtingit quidẽ fieri, aut dum fit ad esse ꝓcedere. qđ quidem dixit ipse fieri. nõdum aũt ꝓuectum ad esse, sic ingenita dicit̃ domus, qua cõtingit fieri, & q̃ fit, nondum autẽ existẽs est. Tertiũ ingeniti significatũ enumerat. s. qđ omnino impo͞ile est generari. Qm̄ autem & id quod sine generatione ad esse ꝓuenit, quale erat primũ significatũ, nõ potest qdem fieri, sed tamẽ quãdoq; qdem est, quãdoq; aũt non est, ab hoc separãs tertiũ significatum, impo͞ile generari ait/ ut quãdoq; qdem sit, quãdoq; autem nõ, per hoc autẽ q᷑ impo͞ile est generari, à secũdo separat ip̃m. Illud enim cõtingens generari, aut genitũ esse, nõ sine generatione dicebatur. hoc igitur est qđ principaliter ingentiũ, qđ prorsus nõ est possibile genitũ esse, ut quãdoq; sit, quãdoq; aũt nõ. sic autẽ entium q̃dam ingenita, q̃ æterna sunt & necessaria, quædam uero, quæ nullatenus possibilia sunt esse. Videtur autẽ mihi } prorsus { appositũ esse ad significandũ, q᷑ prima significata aliqualr̃ ingenitũ habebant,

bebant,sed nõ omnino & pfecte.dicens aũt omnino impoſe generari, diuidit impoſe dupliciter. Vno qdem modo qui cum omnino intelligitur, ſm quẽ non eſt uerum dicere, qa fiet omnino ſm quodcũq; geniti ſignificatum,oĩa enim interimit omnino.Altero autẽ ſm quem craſſe dicit̃ impoſſibile & improprie, in his quæ non de facili, aut nõ cito, aut non bene. Nam quod non fit omnino celeriter etiam ſi minus proprie tamen & impoſſibile fieri,& ingenitum eſſe dicitur, quare cum hoc quatuor erunt ingeniti ſignificata.

Eodem autem modo & genitum.vno quidẽ ſi non exiſtens prius,poſterius eſt, ſiue genitũ, ſiue ſine generari:quãdoq; quidẽ non exiſtẽs,iterum autẽ ens:vno autẽ ſi poſſibile: ſiue per verum determinato poſſibili, ſiue per facile.vno autẽ ſi ſit generatio ipſius ex non ente in ens. ſiue iam exiſtente per fieri aut non exiſtente: ſiue etiam nondum exiſtente, ſed contingente.

Aſſignatis ingeniti ſignificatis,trãſit ad ſignificata geniti,&/ait/ipſa eodẽ modo cũ illis aſſignari,qa unũquodq; ad unũquodq; oppoſitũ cõuenienter aſſignatur.Et primo exponit geniti ſignificatũ,qđ non exiſtẽs prius eſt,ſiue per generationem,ſiue ſine generari,quãdoq; qdem nõ ens, iterũ autẽ ens ſicut tactus.Genita.n.omnia talia,qa prius non entia,poſterius ſunt,quãuis modus puentionis ad eẽ ſit diuerſus.opponitur autẽ hoc ſignificatum,dicto ingeniti ſignificato,qđ nondum ens poſſibile eſt fieri.nã nõdum enti,& ,ppter hoc ingenito opponit̃ id quod iã ex nõ ente,& ,ppter hoc genitum dictum.Scđm autẽ geniti ſignificatũ eſt id qđ poſſibile generari,ſiue per uerũ determinato poſſibili, ſiue de facili,aut cito, aut bene.Cõtrapoſuit autẽ hoc,ei ſm impoſſibile ingeniti ſignificato,primo quidem modo impoſſibilis,qđ ,ppter hoc dicit̃ poſſibile,quia uerũ eſt de ipſo ꝙ fiet. Secũdo autẽ modo qđ de facili fit,aut cito,aut bene.Dicit̃.n.poſſibile fieri,& hoc,ſicut impoſſibile qđ nõ de facili fit.Tertium autem uel quartum geniti modum exponit,cuius trãſmutatio ex nõ eſſe in ens,per generationem ſit.ſiue iam ſit hoc ſicut eſſe habẽs,ſiue etiã nõdum ſit.opponit̃ autem modus iſte primo dicto ingeniti.Ingenitũ qdem illud erat,cuius quæ ad eſſe trãſmutatio,nõ erat per generationẽ,genitũ aũt eſt hoc,cuius ex nõ ente ad eſſe trãſmutatio,nõ aliter eſt q̃ per generationẽ.ſic Alexãder laborioſe expoſuit geniti ſignificata,ſignificatis ingeniti.Fortẽ autẽ primum geniti ſignificatũ,qđ & principaliſſimum eſt,cõtraponit̃ ad tertium ingeniti,qđ quidem & ipm principaliſſimum ĩgeniti ſignificatũ inſinuat.ſ.omnino impoſſibile generari,ut quãdoq; quidem ſit,quandoq; autem nõ,ſiquidem in hoc genitum eſt,ꝙ non exiſtens prius,poſterius eſt,quandoq; quidem non exiſtens,quandoq; uero exiſtens qualiſcũq; modus ſit ipſi peruentionis ad eſſe. Cõ.108.

Corruptibile autẽ & incorruptibile ſimiliter. ſiue enim prius aliquid ens,poſterius autẽ non eſt: aut non eſſe cõtingit, corruptibile eſſe dicimus, ſiue corruptũ aliquãdo & tranſmutatũ, ſiue non.Eſt autem quando & quod per corrumpi cõtingens non eſſe, corruptibile eſſe dicimus.Et adhuc aliter, quod facile corrumpitur,quod dicet aliquis facile corruptibile.

Conſequẽter corruptibilis & incorruptibilis ſignificatorum tradit diuiſionẽ,à corruptibili principium faciens.Et primũ/ait/corruptibilis ſignificatum,qđ prius exiſtens,poſterius non,aut contingit nõ eſſe,ſiue per corrũpi ad nõ eſſe tranſmutet̃,ſiue etiam ſine hoc,ut tactus.Nã ſic corruptibile non ,ppter modum trãſmutationis dicit̃ corruptibile.ſed ,ppter quãdoq; quidem eſſe,quandoq; aũt nõ. Addendum eſt aũt huic & cõtingit ut deficiens.ſ.poſterius nõ eẽ,per corruptionem cointelligamus. Et eſt iſte modus,primo mõ geniti oppoſitus,nam opponit̃ genitũ corruptibili qdem ut contrario, ingenito aũt ut negationi,illud autem genitũ erat,quia qđ primo nõ exiſtens poſterius eſt,ſiue genitum,ſiue ſine generari,quãdoq; quidem nõ ens,iterum aũt ens. Qđ quidem ſignificauit per hoc, ſiue corruptum quãdoq; & trãſmutatum,ſiue etiã nõ.Propter qđ nõ uidetur mihi bene Alexãder dicere,ꝙ põt aliquis ex litera hac,ſiue corruptioni ſubiectũ,quãdoq; & trãſmutationi,ſiue nõ,intelligere,tãquã dicat ipſe corruptibile,quod idoneitatẽ habet ad corrumpi,& ſi nõ corrumpat̃ aliquãdo,eo qđ ,phibeatur,ut qđ in atomo percutere,quod qdem ſignificauit in genito.ſ.ſiue fiens,ſiue ſine fieri, quãdoq; qdem ens,iterum aũt non ens,hoc ſignificat cum oppoſitiõe.ſ.ſiue corruptioni ſubiectum aliquãdo ſit & trãſmutationi,ſiue etiam nõ.Scđm autem ſignificatum corruptibilis tradit,qđ eſt pſ eiuſdem.ſ.quod per corrũpi tranſmutatur ex ente in nõ ens,ſm ꝙ nõ adhuc tactus corruptibilis dicitur,qđ quidem opponitur tertio mõ geniti.Tertium aũt corruptibilis ſignificatũ/ait/qđ facile corrũpitur,quod bene corruptibile ɔſueuimus uocare magis ,pprie.opponit̃ aũt hoc,ſcđo geniti ſignificato particularias;eſt aũt & hoc dicere poſſibile corrũpi,ſiue p uerũ determĩato poſſi,ſiue p facile. Cõ.109.

Et de īcorruptibili eadem ratio, aut enim quod sine corruptione, quādoq; quidem ens, quādoq; autē non ens, puta tactus, quia sine corrumpi prius existens postremo non sunt.

Com. 110. Primum incorruptibilis significatū exponit, qđ sine corruptione quādoq; quidē ens, quādoq; aūt non ens. Tales aūt sunt tactus, quia sine corrūpi, prius existētes, posterius nō sunt. æquiualet aūt h partialiter primo significato corruptibiliū. Nam & illud corruptibile dicebatur, quia ex ente ad non ens transmutatur, & si nō per corrūpi. hoc autē incorruptibile, qđ & si transmuteť ex ente ad nō ens semper, nō tamē per corruptionē. Et palàm est φ hoc quidem īcorruptibile propter modum transmutationis, illud autē corruptibile ꝓpter prius ens posterius non ens esse.

Aut ens quidem, impossibile autem nō esse, aut non futurum aliquādo, nunc autē ens. Tu enim es & tactus nunc, sed tamē corruptibiles, quia erit tēpus, quādo non erit verū te dicere, quia es, neq; hoc tangi. maxime autē proprie incorruptibile dicitur id quod non est qdem, impossibile est autē corrumpi ita, vt nūc sit, posterius nō sit, aut cōtingat nō esse, aut id quod nōdum corruptū est cum sit, cōtinget aūt postea nō esse, diciť etiam incorruptibile & quod non facile corrumpitur.

Com. 111. Hæc litera, ut ait Alexāder. tota ferè uideť oībus cōuenicter poni in diuisione corruptibilis. Corruptibilis enim significata, nō incorruptibilis, p ipsam exponi uideť. Nam hoc {tu enim es, & tactus nunc} talem quēdam corruptibilis modū significant. Et uideť idem significari, cum ea significatiōe quę est in diuisione corruptibilis, q̄ dicit, siue enim prius ens aliqd, posterius autē nō est, aut cōtingit non esse, corruptibile esse dicimus, siue corruptioni subiectū aliquid & transmutationi, siue nō. Propter qđ & hi quidem dicunt, ibi literā debere scribi hanc in diuisione corruptibilis, tanq̄ aliam literā transtulisse scriptorē duplr peccātem, & quia nō exterius seruauit ipsam tanquā aliam literā, & quia transtulit inde. Alii autē esse qdem ipsam de īcorruptibili dicūt: idem autē significantē cum diuisione dicenda hac. s. nōdum corruptū, cōtingens aūt posterius nō esse, nō opportune in serie haberi, ad illam enim aliam facere literā. Non tamē ait oīno dissonam ab īcorruptibilis diuisione. Videtur enim dicere incorruptibile p ipsam {ens quādo est} siue possibile sit quādoq; nō esse, siue etiam corrūpendum quādoq;, & ꝓpter hoc nō futurū, nunc uero ens, ad nullū horū aspicientibus nobis, nisi ad esse ipsius solum, & ꝓpter hoc dicentibus ipm incorruptibile. Hęc qdem Alexāder. & qđ qdem ens quādo est, ꝓpter hoc ipm, scilicet nunc esse, incorruptibile uocat, & si debeat corrūpi. palā & ex eo qđ subinfertur paulo post. s. nōdum corruptū, cōtingens autem posterius nō esse. Non aūt totam literā existimo hoc significare. nam principiū literæ in pluribus librorū qui ad me deuenerūt, nō sic habet, ut Alexāder scripsit {aut ens qdem, possibile autē non esse.} Sed sic {aut ens qdem: īpossibile autē non esse.} Et si sic habeat, duo significata incorruptibilis innuit. s. quod planius & ꝓprie, per hoc, aut ens quidem: impoſe autē non esse, & quod nō ꝓprie, quod fm nunc ens, p hoc, aut nō futurū aliquādo, nunc aūt ens. Et exēpla talis modi apponēs, hic. s. tu eni es & tactus nūc: & subiungens. Quia & si fm nūc eē īcorruptibilia dicūť, sed tñ corruptibilia sunt fm ueritatē, qa erit aliqñ, qñ nō erit uerū dicere, qa es, neq; hoc tangi, quorū hoc qdē cū corruptione nō adhuc est, hoc autē sine corruptione. Hęc [illegible] cum dixisset obscurius, consequēter eadem, planius tradit. Hoc qdem ꝓprie per hoc. {Maxime autē proprie incorruptibile ens qdem: impoſe autem corrumpi, ita ut nūc sit, posterius nō sit, aut contingat non esse.} qđ quidem opponiť primo corruptibilis significato, & primo geniti. quod aūt minus proprie diciť incorruptibile per hæc. {Aut nōdum corruptū, cōtingens autē posterius nō esse. diciť autem & incorruptibile, quod nō facile corrūpitur,} ęquiualet autem hoc scđo corruptibilis modo, alterum autem quod est ultimum īcorruptibilis significatum apposuit, quod non facile corrūpitur, quod male corruptibile dicitur, oppositum bene corruptibili.

Si autem hæc sic se habēt, considerādum est, quomō dicimus possibile & impossibile. Propriissime enim dictum incorruptibile, eo φ nō possit corrūpi, neq; aliquādo qdem esse: aliquādo autem nō. Dicitur autem & ingenitū quod impossibile, & qđ non potens fieri sic, vt & prius qdem non sit, posterius autem sit, puta diametrū esse cōmensurabilē. Si itaq; aliquid pōt moueri per stadia cētum, aut leuare pondus, semper ad plurimū dicimus, puta talēta leuare centū, aut stadia ire centū, q̄uis & partes possit quę intus, siquidē & supabundantiam: vt noietur ad finem: & excellentiæ virtutē. Necesse quidē igitur potens scđm excellentiā tanta: & q̄ infra posse. Puta si talenta centū tollere, & duo, & si stadia cētum, & duo posse ire. Virtus aūt excellētiæ est, & siquidē impossibile tantū scđm excellentiā dicētibus,

& plura impoßibile, puta nō potens mille ire ſtadia, manifeſtū quia & mille & vnum.

Poſtq̄ diuiſit ſignificata īgeniti & geniti: corruptibilis & incorruptibilis, de impoſſibili & poſſibili Cō. 112. ꝓponit dicere, q̄uo dicūtur, quia uſus fuit ipſis in ſignificatorū diſtinctione, & etiā q̄a utilia ſunt ſibi hæc, ad ꝓpſiti oſtēſionem, hoc autē erat, neq; genitū aliquid incorruptibile, neq; ingenitū corruptibile poſſibile eſſe. ſiquidem ut ipſe dicet, ingenitū quidem, & incorruptibile per impoſe determinata ſunt, q̄ proprie dicūtur, de q̄bus eſt ſermo. Ingenitū enim eſt, quod nō poſſibile eſt generari, ſic ut prius nō ens, poſterius ſit. Nam diametrū lateri cōmenſurabilē eſſe, ꝓpter hoc eſt ingenerabile, quia non ens, non poſſibile poſterius eē. Et incorruptibile ſimpliciter illud dicimus, q̄d q̄dem exñs impoſſibile eſt poſterius nō eſſe. genitum aūt & corruptibile, per poſſibile determinanť: genitum. n. quod prius nō exiſtens, poſterius poſſibile eſt eſſe, & corruptibile, q̄d exiſtens q̄dem: cōtinget autē quādoq; nō eſſe. neceſſaria igiť eſt poſſibilis & impoſſibilis determinatio. Dicit igiť q̄ oīs potentia ad excellētiam, & ad maximū eorum q̄ poteſt dicitur. Neq; enim quod ſupra hoc pōt. Si enim adhuc poteſt, non erat hoc quo determinabať potentia. Neq; ad id quod īterius & minus, diciť potentia. nō enim hoc ſolū poteſt. Potentia igiť non potens pluſq̄ centū ſtadia ire, aut leuare pōdus pluſquā cētum talētorum, horum utiq; erit potentia. Nam q̄ intra hęc ſunt, neceſſe eſt quidē ipſam poſſe, ſed nō his determinatur, ſed ſicut minor grauitas in maiori, ita & minor potētia in maiori potentia contineť, & eſt maior quidem maioris potentia ꝓpria, minor aūt minoris. Sicut autē potentia extremo & excellentia eorū quæ poteſt determinať, ita & impotentia poniť primo eorum q̄ non pōt: quod ſm̄ excellentiā dixit Ariſt. nō ſic aūt ut in potētia excellētiā dicat. nam illi q̄dem maximū eorum q̄ pōt aſſignauit, hoc aūt excellētia primū & minimū eorū q̄ nō pōt ſignificat. Quod q̄dem ſm̄ excellētiā dixit Ariſt. q̄m eorū q̄ poteſt excellentiā habet. Nam qui q̄tuor ſtadia ire poteſt, q̄nque q̄ excedūt q̄tuor, non adhuc pōt, ſi autē plura, adhuc magis impotens eſt, ſed prima quinque ſunt quę impotētiam determināt.

Nihil autem nos turbet / vltimū quod poteſt: determinetur enim ſcd̄m excellentiæ terminū dictū / proprie poßibile. Forſitan enim inſtabit quis quaſi non neceſſe ſit quod dictū eſt. Videns enim ſtadiū, quæ intus ſunt nō uidebit magnitudines, ſed cōtrarium magis potēs videre punctū, aut audire paruū ſonum, & maiorem habebit ſenſum, ſed nihil differt ad rationem. Determinetur enim, aut in virtute aut in re aut in excellentia. Quod enim dicitur manifeſtum eſt: viſus enim qui minus excedet, velocitas autem quæ maius.

Cum dixiſſet, potentiā determinari plurimo eorū quæ pōt, & q̄ minus etiā poteſt, ītellexit eam q̄ à ſenſibus inſtantiā. Contraria paſſione enim uideñť ſe habere ſenſus ad potentias, ſicut & Plato in legibus noīauit. Nam maior ſenſus minori ſenſibili determinať, quo minus nō adhuc pōt apphendere. Nam minimū uiſibile & obſcuriſſimū audibile, eſt fortiorū ſenſuū, & non ſolum in uiſu & auditu eſt hoc, ſed etiā in aliis ſenſibus. Nā debiliores quātitates ſm̄ unūquęq; ualidiores ſenſus magis percipiunt. Quare ſicut potētia determinatur maximo eorū quæ pōt, ita ſenſus minimo eorū quæ ſentit. Cō. 113. Hanc inſtātiam ſoluere uolens { determinetur, ait, ſm̄ excellētiæ terminū, q̄d diciť proprie poſſibile } q̄d ſummitati oīs potentiæ cōuenit: non. n. maiori aut minori determinabiť, ſic. n. diſſonabūt ſenſuū poſſibilia ad alia. Si. n. per maius determinabitur q̄d poſſibile, nō adhuc potētior ſenſus qui minoris perceptiuus. Si aūt per minus, nō adhuc potētior qui poteſt leuare maiorem grauitatem, & plura ſtadia ambulare. Sed oportet, ait, excellentiā ubiq; per finem determinari illius potētiæ quo plurimum pōt, ſiue maius ſit q̄d ultimū, ſiue minus, in grauibus. n. ultimum eorū quæ pōt tollere leuās, maximum eſt, ſi. n. leuans quis decē talenta pōt etiam triginta leuare, & uſq; ad quinquagina ultimū eorū quæ pōt ſunt quinquaginta. In ſenſibilibus autē minimum eſt q̄d eſt ultimum. Qui. n. uidet digitalem magnitudinem, & dimidiū huius pōt uidere, & quartum, & uſq; ad cēteſimum, hoc eſt, ultimū, quo determinatur excellentia uiſiuæ uirtutis. Quare q̄d minimum eſt ꝓprium, eſt excellētis ſenſus, nam maior, minoris eſt perceptiuus. Q̄d autem eſt maximū, ꝓprium eſt potētiæ excedētis. Vltimum autē eorum quæ pōt cōmune eſt amborum. ſ. ſenſitiuæ & aliarū. Alexāder aūt, ait, q̄ & in ſenſibus poſſibile eſt à maximo excellentiam ſenſitiuæ uirtutis diffinire, ſi in diſtantia accipiatur magnitudo à qua ſenſus percipit: maior eſt. n. uiſiua uirtus, quæ à maiori diſtantia uidet, & auditus q̄ à maiori audit, & odoratus ſimilr. Sed primo q̄dem in diſtantia nō eſt in talibus ſenſibile. Deinde nō in oībus ſenſibus eſt hoc accipere, nā tactiuus ſenſus, ſiue maior, ſiue minor fuerit, nō apphendit niſi īmediate diſtans tangibile, attamē ultimum eius q̄d poteſt etiā in tangibilibus determinat excellentiā uirtutis, nā qui minimę magnitudinis, aut figuræ, aut debiliſſimæ duriciei, aut mollitiei perceptiuus eſt

ſenſus excedit ſm uirtutem,ſupra nõ talia.Et quãuis dicat Ariſto.uidens.n.ſtadium,tamẽ uiſibilem magnitudinem determinat,ſtadialem nõ diſtantiam à qua quod uidetur.Poſita autem ab Ariſt.dubitatione quæ à ſenſu,& oſtenſo qualiter in ſenſibilibus minora determinãt excellentias uirtutũ,ait nihil hoc differre ad aſſignatam potentiæ & impotentiæ rationem.Nam maior quidem eſt excellẽs potentia,& excellens impotentia,ſed excellentia à uirtute determinatur,quãdo hoc quidem excefferit,hoc autem defecerit in eadem ſpecie,in re poſſibili,quando autem potentia ipſa in ſe cõſideratur ſimplex eſt excellentiæ ratio,quando autem cũ poſſibili,uiſus & omnino ſenſus,qui eſt minoris ſenſibilis,excedit.uelocitas autem quæ amplioris diſtantiæ in æquali tempore pertranſitiua, excellentia uero uirtutis qualitercũq; ſe habeat id quod eſt poſſibile excellentia eſt. Et uerum eſt quod prius dictum fuit ꝙ excellentia determinatur uirtus,ad ultimum eorum quæ poteſt,dicta.

Determinatis autẽ his,dicendum quod deinceps,ſi itaq; ſunt quędã poſſibilia & eſſe & non eſſe neceſſe eſt tempus aliquod determinatũ eſſe plurimum,& eius quod eſt eſſe,& eius quod nõ. Dico autẽ, poſſibile rem eſſe, & poſſibile non eſſe, ſcdm quodcũq; prędicamentũ, puta hominem,aut album,aut tricubitum, aut aliud quodcũq; talium. Si enim nõ erit quantum aliquod,ſed ſemper plus propoſito, & nõ eſt cuius minus:in infinito erit tpe idẽ poſſibile eẽ,& nõ eſſe alio infinito, ſed hoc eſt ĩpoſſibile.

Cõ.114. Cum præaccepiſſet opportuna ad propoſitum,conſequenter illis utens oſtẽdet ꝙ neq; genitum aliquod incorruptibile eſſe,eſt poſſibile,neq; ingenitum corruptibile. Hocautem oſtendet præoſtẽſo ꝙ omne quod accipitur,ſiue ſubſtantia ſit,ſiue quantum,ſiue quale,ſiue quodcũq; prædicamentum,neceſſe eſt uirtutem habere ipſius eſſe,& non eſſe,non in infinitum,ſed determinato tẽpore habere ad utrũq; uirtutem. Si enim non eſt determinatum tempus ipſius eſſe,& rurſus ipſius nõ eſſe, neq; eſt aliquod extra illud tempus ut minus ſit acceptum tempore aliquo.ſed ſemp plus eſt omni præaccepto,palàm eſt ꝙ infinito tempore erit poſſibile eẽ,& non eſſe alio infinito,quod quidem eſt impoſſibile. Si igitur quod genitum & incorruptibile dicitur,poteſt in infinitum non eſſe tempore præcedente,& rurſum in infinitum eſſe tempore ſequente,ſimiliter autem et ſi ingenitum quidem, corruptibile autem,poteſt eſſe in infinito tempore quod præceſſit,ſiquidem ingenitum,& non eẽ in infinito tempore ſequenti,ſiquidem corruptibile,impoſſibile autem eſt aliquid in infinitum ſimul ipſius eſſe & non eſſe potentiam habere,ut oſtendetur,impoſſibile eſt ergo & genitum aliquid ens, incorruptibile eſſe,aut ingenitum corruptibile.

Principium autẽ ſit hinc,impoſſibile & falſum idem nõ ſignificant. Eſt aũt impoſſibile,& poſſibile, & falſum,& verum,hoc quidẽ ex ſuppoſitione. Dico autẽ vtputa trigonũ impoſſibile eſt duos rectos habere, ſi hoc,& diameter cõmenſurabilis, ſi hoc. Sunt autẽ ſimpliciter & poſſibilia & impoſſibilia, & vera & falſa. Non autẽ idem eſt falſum aliquid eſſe ſimpliciter,& impoſſibile ſimpliciter. te enim non ſtantẽ dicere ſtare, falſum eſt quidẽ,non impoſſibile autẽ. Similiter autẽ & citharizãtem,nõ cantantem autẽ,cantare dicere falſum eſt, ſed non impoſſibile. Simul autẽ ſtare & ſedere,& diametrum cõmenſurabilem eſſe,non ſolum falſum eſt, ſed etiam impoſſibile. Non itaq; idem eſt ſupponi falſum & impoſſibile,accidit autem impoſſibile ex impoſſibili. ſtandi quidẽ igitur & ſedendi ſimul habet virtutem,quia quando habet illam,& alteram habet, ſed non vt ſimul ſtet & ſedeat, ſed in alio tempore. Si itaq; aliquid infinito tempore plurimum habet virtutem,non eſt in alio tẽpore, ſed hoc ſimul.

Cõ.115. Principium facit oſtenſionis huius,quòd impoſſibile ſit aliquid infinito tempore ſimul ipſius eſſe & non eſſe potentiam habere,hoc ſcilicet oſtendere quòd non idem eſt falſum & impoſſibile,neq; quod ſupponit falſum,iam & impoſſibile ſupponit,& quòd conſequitur , impoſſibili quidẽ impoſſibile,falſo autem falſum,ut in primo priorum analyticorum oſtendit. Et primo ꝙ non idem ſit falſum & impoſſibile oſtendit,diuidẽs utrũq; ipſorum in id qđ dicitur ſimplr, & ex ſuppoſitione, ut quæ multiplr dicũtur cum dixerit, eligat illa de qbus ſermonẽ faciat. Nã eis quæ ſimplr & ꝓprie dicuntur indigebit ad ꝓpoſita, & cõſequentias eorum quæ fiunt ex ſeinuicẽ. ꝑ exempla aũt determinate interpretantia neceſſariũ, ex ſuppoſitione aũt impoſſe factum ſtatuit. Nã duobus rectis ęq̃les habere tres angulos trigonũ,ex neceſſitate inexiſtens ipſi,ex ſuppoſitione impoſſe erit, ſi qs ſupponat, angulum qui extra trigonũ,duobus interioribus, qui ex oppoſito, nõ ęq̃lem eſſe, ſed uel maiorẽ uel minorem. Et diametrũ tetragoni incõmenſurabilẽ eſſe lateribus,neceſſariũ exñs,impoſſibile eſt,ſi aliquis ſupponat in orthogoniis iſoſcelis triãgulis ſubtenſam lineã recto angulo, ęq̃lem uel duplã eſſe,

uniuscuiusq; cōtinentiū,oppleto enim tetragono,diametri subtensa facta cōmensurabilis erit lateribus,uel æqlis exñs uel dupla.Impossibile aūt est cōmensurabilē esse,& cōclusum est impoſe ex suppositione.P Alexan.autē hoc exemplū/ait/esse eius quod fm se qdem est impoſe,ex suppositiōe aūt possibile.s.diametrū esse cōmensurabilē costæ,& possibile est,etiā sic recipi,& maxime qa etiā sic Aristo. de ambobus pponebat dicere.s.de impossibili, & possibili,ex suppositione ut dixi . Est autē impoſe & possibile,& falsum & uerum,hoc qdem ex suppositione,hoc aūt simplr,sed ex suppositione uerorum & falsorum,nō adhuc posuit ppria exempla,aut tāq ex dictis de imposi & possibili suppositiōe cognoscentibus nobis, qualr ex suppositione fit falsum & uerū. Die enim nūc exñte, ex suppositione erit falsum, non esse diē.erit aūt diem nō esse,si qs supponat solē sub terra esse.qđ falsum existens fm se.s.n. diem nunc esse,uerū ex suppōne inuenietr,si quis supponat nunc solem sub terra esse.aut igitr tanquā ex dictis de possibili & impossibili,plano existente & de his sermone ptermisit ipsorū exēpla, aut tanq nō differētibus in his q ex suppōne ueris & possibilibus,& falsis & imposibus,cōtentus fuit exemplis,qbus usus est in illis,ut/ait/Alexā. Nam diametrū cōmensurabilē eē eius quod ex suppōne ueri/erit exēplum,scdm se enim falsum existens.s.cōmensurabilē esse,ex suppōne uerum fit.& fm se uerum ens & possibile,q duobus rectis æqles habeat trigonū, ex suppositiōe fit falsum, & impoſe,si quis supponat angulū/extra trigonū,maiorē uel minorem duobus intrinsecis ex opposito. Fortè aūt neq; in his idem est falsum & impoſe,sed impossibile qdem semp,est etiā falsum, falsum aūt nō semper impossibile.Secundū se enim uerū exiſtēs me sedere,ex suppōne erit falsum,si quis me ptensum supponat,nō tamē est impoſe me sedere, siqdem possum sedere:post aūt ex suppositiōe possibilia & impossibilia,& falsa & uera,docet simplr & pprie talia, de qbus etiam sermonē faciet, & in his maxie differentiā oñdit falsi & impossibilis, ex qbus & ueri & possibilis drīam facile est itelligere.Nam non stantem,potentē autē stare,dicere stare falsum est quidē,nō impoſe aūt,& possibile quidē,nō uerum autem,si ponatr posse stare & ipm aliquādo,simul autē,dicere & stare & sedere eundē in eodem tpe, cum hoc q falsum est,est etiam impossibile simplr.Similiter autē & diametrū cōmensurabilē esse lateri,non solū falsum est,sed & impossibile,ostēsum est,quia impoſe cum hoc q impossibile est,semp, est etiam falsum.Si enim se cōsequerētur inuicem,nō erat opportunū dicere,nō solum falsum,sed & impossibile,ostenso aūt q aliud est falsum,& aliud impossibile, ɔsequutiue infert.Non itaq; idem est supponi falsum & impoſe. Est autem dignum attendere,q non, idem est supponi aliqd impossibile aut falsum,& ex suppositione dictū impossibile aut falsum.Nam dicēs qdem,sit diameter cōmensurabilis lateri impossibile aliquid supponit Dicens autē si subtensa linea cōtinentibus rectū angulū lateribus inuicē æqlibus,æqualis est ipsis,cōmensurabilis erit diameter lateri,iste ex suppōne impossibilis,impoſe aliquid conclusit.Et qui,die exñte,dicit,si sol sub terra est,nox est,ex suppōne falsi,falsum aliquid dicit.Cōsequentia in his seruata,ɔsequenter autē & reliquū induxit: q accidit ex impossibili impossibile,sed nō ex falso simplr,nisi cōtingat falsum impoſe esse.Hoc autē sine demōstratione nūc posuit,quia ostenderat in primo priorum analyticorū cōsequentias conueniēter se habentes,ut falso quidem falsum consequatr,impossibili autē impossibile.Deinde cōsequēter & aliud quiddā assumit, utile sibi ad pmissi oñsionem,q oppositorū,puta ipsius stare & sedere, simul habet aliqd potentiam, non tamē sic,ut & simul actus potētiarū harum habeat.hoc enim est impoſe, scilicet agere simul fm contraria,sed ut in alio & alio tēpore,his agat seorsum. Non sic autē in alio, ut in determinatis,uelut pubescere qdem in hoc,caluū autem fieri in hoc.Si enim sic, non adhuc potentias simul habet oppositorum.nam qui senuit,non potest pubescere.Sed quādo non magis in hoc tēpore,huius potentiæ actum q oppositæ sibi,tunc simul quidem amborū potentias dicetr habere,ut standi & sedendi,nō tamen simul ambos actus agere. Qui autem dicit infinito tempore aliquod plurium & oppositorum potentias habere,non tāquā in alio tempore,& alio actus habituro ipso dicit.Non adhuc enim in infinitum habebit potentiā ipsorum,si est aliquādo non potest actum alicuius ipsarum habere,sed qui hoc dicit,dicit simul posse plurium & oppositorū actus habere.qđ quidem est impossibile. Si igitur aliquis dicat ipsius esse & non esse,in infinitū aliquid habere potentiam, ut simul fm ambo potente agere dicit,quod quidē est impoſe,impossibile est enim simul plura & opposita,agere aut pati.

Itaq; siquidē infinito tempore existens corruptibile est virtutem habebit non essendi. Si itaq; in infinito tempore est, sit existens quod potest non esse, simul igitur erit & non erit secūdum actum. Falsum quidem igitur accidet, quia falsum positum est. Sed si non impossibile erat, non etiā impossibile esset, quod accidit, omne igitur semper existens, simpliciter est incorruptibile.

Præacceptis utens ostendit ɔsequenter, æternum incorruptibile esse, deinde & ingenitum, deinde Cō.116.

& q̃ conuertuntur hæc ad id quod æternũ.hoc est,quod & ingenitũ, & incorruptibile, æterna sunt proponens ostendere.Si non se sequũtur/ait/inuicem ingenitũ & incorruptibile, neq; æternũ utrũq; ipsorum seq̃tur:ut autẽ ostendat q̃ incorruptibile & ingenitum se sequãtur inuicem,ostendit prius, q̃ genitum & corruptibile se mutuo consequũtur. Et sic erunt uniuersaliter ostensa quæ promisit, scilicet q̃ impossibile est aliquid ingenitum corrumpi, & genitum aliquid incorruptibile pseuerare. siquidem ingenitum & incorruptibile æterna sunt,& si ingenitum & icorruptibile,& genitũ & corruptibile se sequuntur inuicem.quilibet enim trium horum processuũ,quibus usus fuit ostendit p̃missa,si enim æterna sunt q̃ ingenita,& incorruptibilia, impossibile ingenitum corruptibile esse,aut genitum incorruptibile,neq; enim genitum,neq; corruptibile,possibile est,æterna esse. et si se consequuntur inuicem genitum & corruptibile,& incorruptibile & ingenitũ:etiam sic est impossibile ingenitum aliquid corrumpi,aut genitum existens,incorruptibile perseuerare.Primo igitur ostendit ex prædictis quòd æternum incorruptibile est,& non erit corruptibile,præacceptum est autẽ,quòd id quod ad infinitum tempus plurium potentiam habet,puta ipsius esse,& non esse,sic ipsas habet ut & actus ipsarum simul suscipere possit.Si enim est quando non potest agere secũdum ambo,frustra dicitur ad infinitum ipsorum potentiam habere,omnis enim potentia est alicuius actus potentia. quare quod ad infinitum potentiam habet ipsius non esse, tale autem est quod supponitur æternum corruptibile,quoniam omnis potentia est actus potentia, fiet utique aliquando in non esse, & non impossibile, supponi hoc ipsi ad esse secundum actum,quod poterat, quare supponatur corruptum, & si nondum corrumpatur. Erit autem hypothesis hæc falsa quidem si nondum est corruptum, non impossibilis autem,siquidem habet potentiam ut corrumpatur Sed si æternũ existens corrumpitur aliquando,necesse est ipsum simul esse & non esse.Quod quidem non solum falsum est,sed & impossibile.Nõ erat autem hypothesis impossibilis,sed falsa solum.uidelicet si nũc potens corrumpi supponatur esse corruptum,ut hic patiatur,non penes hypothesim.ergo est impossibilis consequentia.Non enim consequitur falso impossibile,sed penes id quod à principio totũ impossibile existens,scilicet ad infinitum tempus potentiam habere ipsius non esse.Hoc enim dicit, qui æternum aliquid,corruptibile supponit.Nam semper existens potentiam habere/ait/huius,scilicet quandoq; non esse.quare si supponatur non esse,simul ens & non ens erit. quo quid erit impossibilius,ens quidem ad infinitum potentiam quãcũq; habens,ex necessitate in infinitum eẽ, nam non subsistens,neq; habere potentiam dicetur.Non ens autem quia supponitur hic patiens quod quidem poterat,hoc siquidem explanans Aristo.adiecit.{Si itaq; infinito tempore,}nam infinito tempore potentiam habens,& esse infinito tempore necesse est,siue ipsius esse & non esse habeat potentiam,quod quidem præaccepit,siue solius ipsius non esse habeat potentiam.Frustra igitur,existimo Alexandrum uelle intelligere cum hoc quidem,si infinito tempore , hoc/amborum aliquid potentiam habet,& iterum, cum hoc{sit existens,quod potest}hoc esseq́. & non esse,sufficit enim ad semper ipsum esse , supponi infinito tempore existens ad infinitum potentiam ipsius non esse. Nam corruptibile esse ad infinitum,nihil aliud significat,quàm quod ad infinitum: tale enim potentiam habens ad infinitum cuiuscũq; maxime ad ipsius esse & non esse.Concludens autem hanc rationem Aristo.omne igitur/ait/semper existens,simpliciter incorruptibile,hoc est/non habens potentiam ut corrumpatur,neq; tale existẽs ut corruptibile dicatur.Hoc enim appositio{simpliciter} significat.Si enim semper ens,non simpliciter incorruptibile sit,sed cum potentia ipsius corrumpi, aut huius,scilicet non esse,ostensum est impossibile quod consequitur,scilicet idem esse & non esse secundum actum.Quod non solum falsum supponenti consecutũ est,sed & impossibile,scilicet supponenti æternum corruptibile. Merito igitur concludens dixit.{omne semper existens simpliciter incorruptibile est.}

Similiter autem & ingenitum, si enim genitum est,erit possibile tempore quodam non esse.Corruptibile enim est quod prius quidem fuit,nunc autem non est,aut contingit quandoq; posterius non esse: genitum autem,quod contingit prius non esse, sed non est in quo tempore possibile,quod semper ens, vt non sit,neq; infinito tempore,neq; finito.Etenim finito tempore potest esse, siquidem & infinito.non igitur contingit vnum & idem semper posse esse,& semper non esse.

Cõ.117. Ostenso quòd semper ens incorruptibile sit,consequenter ostendit quòd & ingenitum,& altero à priori & eodem etiam nunc processu utens,supponens enim ipsum genitũ,inducit quòd erit possibile tempore aliquo non esse.ut enim corruptibile dicimus,quod potest post esse & non esse,sic genitum,quod potest ante esse,non esse.Suppositum est autem semper ens,impossibile non eẽ. Neq;

igitur

igitur infinito tempore potest non esse,neq; finito;quodcũq; enim supponit quis finito tempore nõ esse,impossibile supponit.Si enim infinito tempore est,quod ipse dixit,potest esse,palàm quòd & finito erit,omne enim tempus finitum in infinito continetur.Sic igitur intellectu semper entis usus, ostendit quòd semper ingenitum est,si hoc quidem semper est. Quòd autem genitum, quandoq; quidem esse oportere quandoq; non esse,deinde subiunxit.non ergo contingit unum & idem semper posse esse,& semper non esse.Deinde de corruptibili demonstrationem nobis rememorãs.Si.n. semper ens,genitum supponatur actu ens,semper potentiam habebit ipsius non esse,semp enim ens genitum est.si igitur supponamus existere sibi quod potest,accidet idem actu esse & non esse, quod quidem est impossibile.Extendens igitur impossibile Aristo.non igitur contingit/ait/idem & unum semper esse posse,& semper non esse.Contrarium est enim semper non esse,& semper esse, ut docebitur,& prius quidem ab intellectu ipsius semper esse ostendetur,quòd impossibile est ipsum quãdoq; non esse.Nunc autem ab eo quod semper est genitum dictum est semper habere potentiam ipsius non esse,si ponatur in actu quod potest,accidet semper esse,& semper non esse.Non enim determinato aliquo tempore habebat potentiam ipsius non esse,quoniã & ante illud & post illud, nõ eẽt genitũ,sed ad infinitum supponitur,sicut ipsius eẽ,ita & ipsius nõ eẽ potẽtiam habens.

At vero neq; negationem,puta dico non semper esse.impossibile igitur,& semper quidem aliquid esse,corruptibile autem esse. Similiter autem neq; genitum. Duobus enim terminis, si impossibile est posterius sine primo existere,illud autem impossibile existere,& quod posterius,itaq; si semper existens,non contingit quandoq; non esse,impossibile est & genitum esse.

Hoc in ueritate iā est ultimū diuisiōis membrū, quod dicit irregularem fieri motū, eo ꝙ uicissim ipsi insit uelocius & tardius. Arguit aūt & ad hoc magis suppositū, eo ꝙ nō habet cōsentaneā cām dicere cur hodie qdem si forte uelocius, cras autē tardius mouet̄ cœlū, ꝓpterea ꝙ q̄ in rōnibus fictiones q̄ dicunt qđ nō est non habent dicere causam consentaneam dicti. Scđam autem argumentationem inducit ratione, eo ꝙ non utiq; dephenditur hoc factum. Nam diuersa & dissimilia & cōtraria secus inuicem posita facile ɔspicabilem habent discretioné, siue sensibilia, siue mobilia existant.

Qđ qdem igitur vnūq; & solum est cœlū, & istud ingenitum & sempiternum, adhuc autē motū regulariter intantum nobis dictum sit.

Com. 27. Cōclusionem hāc cōem inducit eorū, quæ in primo libro, & eorū, quæ in hoc de cœlo dicta sunt. Ostensum est enim de ipso ꝙ simplex & simplici motu circulari moueat̄, & hoc regulari, & ꝙ unum solū, non ꝙ una sphæra, nouit enim erraticū, & erratici in plura distinctionem: sed ꝙ unū, quod octo sphærarū unius mūdi, & non plures cœli, sic ut plures mūdos impleant. Et ꝙ sic ingenitū est, nō tāq sine causa, sed tāq̄ æternum, & non in parte temporis genitum, neq; prius quidem existens, posterius autem non sit. Merito aūt nunc hanc composuit conclusionem, quādo quidé ea, quæ de cœlesti corpore complens, ad astrorum considerationem transferre uellit sermonem.

De vocatis aūt astris cōsequēs vtiq; erit dicere, ex qbus cōstāt & in qbus figuris, et q motus eorū. Rationabilissimū itaq; & dictis à nobis cōsequens, vnūqđq; astrorū facere ex eodē corpore, in quo existit lationē habens, quoniā dicebamus aliquid esse, qđ circūferri natū est. Sicut enim igneam dicentes esse, propter hoc dicunt tāquā rationabile existens, vnūquodq; constare ex his in quibus vnūquodq; est, similiter & nos dicimus.

Com. 28. Septimū qdem hoc caplm est eorū, q̄ in hoc libro q̄runtur. Post autem totarū sphærarū contéplationem, & post cōnaturales partes ipsarū, q̄ ẜm locales habitudines in ipsis cōsiderant̄. s. dextrū & sinistrum, & sursum & deorsum, & anterius & posterius, & q̄ de motu ipsorum diuersa ꝓblemata ad cōsiderationem cōtentorū in ipsis astrorum, transit nunc quidem cōsecutiue de oibus astris ꝓponés iquirere, quā subām habeant, & figuram q̄lem, & ẜm quem modū motus moueant̄. Posterius aūt dubitabit aliquid & de differentia erraticorū ad fixa. Dicit igitur primo de substātia ipsorū, ꝙ eiusdem substantiæ sunt astra, & eiusdem corporis cū sphæris, in quibus cōtenta circūferunt̄. Cōsequens aūt hoc ipm aitesse dictis, ꝓpterea ꝙ à simplicibus & duobus motibus, eo qui super rectā & circularem duo ẜm genus supponebant̄ prima corpora, hoc qdem circulariter mobile, cœleste esse, hoc aūt recti motus qđ sub luna. Astra igitur in cœlo existētia, & cœlesti motu mota, cœlestis utiq; erunt substantiæ. Si autem differens uideatur astrorum corpus p̄ter cœleste, non necesse ꝓpter hoc differenté substātiam hr̄e ipsa. Et psuadet̄ hoc ab his, qui dixerūt astra ignea ẜm phātasiam, ꝓpea ꝙ & cœlū igneū totū existimabāt, forte aūt & cœlū igneū ab astris existimabāt q sic suspicabant̄. Diuinus aūt Plato totum mūdū ex q̄tuor elñtis cōsistere dicens, ꝓpter causas prius dictas, cœlū ex sūmitatibus elñtorum cōsistere uult. Et sicut in corporibus hic, ex q̄tuor elemētis & ipsis cōsistentibus, extremis autem existentibus p̄dominatur elementum extremū, scilicet qđ terreū, ita & diuinis corporibus ex summitatibus ɔsistentibus prædominatur primi elemētorū summitas, scilicet ignis Scribit igitur in Timæo. Diuini qdem igitur plurimā speciē ex igne condidit, ut quàm fulgentissimū ubiq;, & pulcherrimum esset. Dubitat bene Alexander quomodo simplici existente quinta dicta substantia circulariter mobilis corporis, tanta apparet differentia corporis astrorum ad cœleste. Si autē differūt totaliter spissitudinibus aut raritatibus aut ẜm colores aut ẜm quasdā alias tales species, quomodo simplicia dicuntur, aut quomodo impassibilia, siquidé passiones ẜm has fiunt differentias, & sunt differentiæ passionū? Et dicit ꝙ nullū incōueniés est, sicut ēt prius dictū est esse tales differētias in cœlesti corpe, & qualitates nō per passioné ingenitas ipsi, sed inexistentes. Impassibilia enim nō simplr̄ sunt, sed ois mortalis difficultatis. Hoc aūt ipsis inest eo ꝙ subæ ipsorū, & speciei ẜm quod est, nullum ɔtrarium existat, in qđ possint transmutata corrūpi. Accidere uero ipsis aliquā cōtrarietatem hr̄e ad aliq̄ nihil cōicantia cum suba ipsorum, nullū incōueniens est. Nam ī corruptibilibus & generabilibus corpibus sunt aliqua, quibus est cōtrarietas, ut niui album & frigidum. Nam quādiu nix fuerit, insepabile ab ipsa album erit, & non ꝓpterea, ꝙ est cōtrariū ipsi, ꝓpter hoc transmutat̄ nix ẜm colorem. Nam simplicia sunt, ut corpora, quorū nullum simplr̄ simplex, siqdem ex subiecto, & forma ɔstat. Hæc Alexā. dicendo suis uerbis existere qdem quasdam contrarias q̄litates habentes adinuicē cōtrariationē ẜm

Vide Proclum in Timæo, & Plotinum in lib. suo de cœlo, qūo Plato cœluit mūdū ẜ p̄dn̄io ignū.

colorem,& ſm magnitudinẽ:forte etiam ſm figuram ↄcedit.Nam & rectilineæ figuræ ſunt in cœleſtibus figurationibus,ut triangularis,& peripherialis,ut corona. Exiſtere quidẽ igiť has ↄtrarietates ibi ſine aliq̃ difficultate,& corruptiua paſſione acceptaret utiq; aliqs Alexandrũ.Dicere uero,quãuis ſit cõtrarium albo & frigido in niue, non ꝓpter hoc transmutať nix ſm colorẽ & q̃litatem,ↄſideratione dignũ mihi uideť.Siqdem enim hoc dicit,ꝙ manens nix non utiq; transmutabitur ſm hęc,dicet quidem uere,nihil tñ (ut exiſtimo)ad ꝓpoſitum.Neq; enim aliud aliqđ manens qđ eſt transmutatur,ſed ſubiectũ alias ex aliis transumẽs differentias trãſmutari diciť, ſi autem non tranſmutať uñ propter cõtrarietatẽ,qũo uerus eſt ſermo,ſi uſq; nunc perſeueramus dicentes ꝙ in ↄtrariis ſunt generationes & corruptiones,qa & quæ generanť,ex cõtrariis generãtur, & q̃ corrũpuntur in ↄtraria corrumpuntur?Nam & nix exiſtẽs nubes cõgelata q̃ iam qdem transmutať in aquã,& multũ adhuc aereum habens,& uelut ſpumoſum,& ꝓpter hoc dealbatum, qm̃ à frigore in talem ſpẽm cõcreta eſt, quãdo calor approximauerit,diſgregať iterum in illa ex quibus conſtitit,& hoc quidẽ aereũ fit calefactũ,à quo ſimul remittiť albedo,hoc aũt fit aq̃ fuſum,& niſi frigiditati caliditas, & cõgelationi & concretioni fuſio & diſgregatio cõtrarię eſſent.nũquã utiq; nix diſſolueref.Forte igiť illud uerũ eſt, ꝙ quę qdem generanť & corrũpuntur in contrariis ſubſiſtunt,& ubi nõ eſt cõtrarietas,ibi generationẽ aut corruptionẽ ipoſe eſt eẽ.Non aũt & illud adhuc uerũ eſt,ꝙ ubicũq; cõtrariatio ſit,generationem & corruptionẽ eſt neceſſe exiſtere,ſed in illis ſolis ↄtrariis hoc uerũ eſt,quęcũq; in eodem ſubto, nata ſunt fieri,& coexiſtere inuicẽ non pñt. Hæc enim inter ſe cõtrarie agendo & ꝓ ſuo eẽ & abeſſe pugnando ſe corrũpere inuicem nata ſunt. Quæ aũt in ſcia cõtrariorum rõnes albi & nigri,calidi & frigidi,ueluti diſtantes in idiſtanti exiſtentes pñt coexiſtere inuicẽ,imo & ſubſiſtunt. Sed neq; in ſcia album ad id qđ in materia eſt nigrũ oppugnat, neq; corrũpunt ſeinuicẽ, neq; generãtur ex inuicẽ,qa non ſunt nata in eodẽ fieri ſubto.Sic igitur etiã in cœlo ſpiſſum,ſi forte & hic rarũ ſit,neq; oppugnãt adinuicem,neq; trãſmutãtur in iuicem,quia nõ ſunt nata fieri in eodẽ ſubiecto,cum ſint alterius naturæ exiſtentia.Sed neq; in cœlo ſpiſſum ad id qđ ibi rarũ oppugnat,neq; ſtatio ad motũ,qa & ſubiecta differẽtia ſm naturam ſunt: uerbi gr̃a, poli & æquinoctialis circulus. hi quidẽ ad ſtationem apti nati ſunt,hic aũt ad motum.Et ſol ſi forte & aſtra q̃ uidenť ſpiſſa.Colorum aũt corpa non tranſmutantur adinuicem ꝓpter ſubiecti naturã ad unã & eãdem ſpẽm ſemper apti nati, & ꝓpter ſpeciei intranſmutabilem ſubam ab imobili cã proxime genitam,& hæc nõ differũt ab eis,q̃ ab Ariſt.in primo libro oſtenſa ſunt,de hoc ꝙ ingenerabile & incorruptibile eſt cœlum.Dicit enim ibi fieri quidem oẽ quod fit ex cõtrario & ſubto aliquo,& corrũpi eodem mõ,ſubiectoq; aliquo,& à cõtrario & in cõtrarium,ſicut dictũ eſt,in primis ſermonibus.& hæc ſupponens ex his q̃ in primo libro de naturali auditu oſtenſa fuerũt,unã oſtendit iam ꝙ cœleſti corpori nullũ eſt cõtrarium,in qđ utiq; tranſmutareť eodem ſubto manente?Eſſet enim utiq;, & ei qui nũc motui cõtrarius motus, quo ſm naturã utiq; moueretur,illud ex quo & in qđ tranſmutareť.Oſtenſo igiť ꝙ circulari motu,quo moueť cœlum, non eſt cõtrarius motus,ↄcluſit ꝙ neq; cœleſti corpori,eſt corpus contrariũ.ex quo utiq; & in quod tranſmutareť.Quare per oĩa cõſtat,ꝙ generatio qdem & corruptio in ↄtrariis eſt ſemp:& ubi quidẽ non ſunt cõtraria,non eſt generatio neq; corruptio.Non aũt ubi cõtraria ſunt,ibi neceſſe ſemp generationem eẽ & corruptionẽ,niſi ſubiectũ aliqđ ſit ↄtrariis cõe,& diſtenſum hoc & partibile,ut coexiſtere inuicem in ipſo contraria nõ poſſint.Sed adhuc mihi uideť Alexãdri dubitatio manere,quãuis enim ingenerabilia & icorruptibilia non ꝓhibeãtur eſſe aſtra cõtrarias q̃litates habẽtia, ſed eiuſdem ſubſtantiæ eẽ cum cœleſtibus corporibus in qbus ferũtur,qũo uerum uidebitur,tanta exiſtent differentia in coloribus & cõſiſtentiis.Et perſpicuũ,eſt ꝙ etiam in uirtutibus & operationibus.Forte igiť Ariſto.ipſe hanc ſoluit dubitationẽ,cũ dixit {qm̃ dicebamus aliqđ eẽ qđ circulo ferri natũ eſt} ſicut enim quæ ſub luna ſimplicia corpora,q̃ recti motus genus quidẽ habẽt cõe ſm ꝙ recti motus,generabiliaq; & corruptibilia ſunt,& inuicẽ tranſmutanť,ſpẽs aũt ſm ꝓximas tñ abinuicẽ differẽtes,quẽadmodum nõ ſolum rõ noſtra, ſed etiam ſenſus ſignificat, ſic etiam cœleſtia corpa corpus circulare habentia cõe circulr̃ mobile,& pp hoc ingenitũ & incorruptibile ſm proximas ſpẽs non ꝓhibentur multam hr̃e differentiã adinuicẽ, ſed ad ſequẽtia uerborũ Ariſto.procedendum eſt.

Caliditas autẽ ab ipſis & lumen generatur,attrito aere ab illorũ motione ſeu latione. Natus *enĩ motus ignire & ligna,& lapides,& ferrũ.* R*ationabilius igitur propinquius igni.* P*ropinquius autẽ aer velut & in latis ſagittis.* H*ę quidẽ ipſę enim igniũtur ſic,vt liqueſcant plũbeę.* E*t quoniã igniunt iſtę,neceſſe & eũ qui in circuitu ipſarũ aerẽ,hoc ipſum pati.* H*ę quidẽ igitur ipſę incaleſcunt ꝓpter in aere ferri,qui ꝓpter plagam motus fit ignis.* E*orũ autẽ quę ſurſum,vnũqđq; in ſphera fertur,vt ipſa.*

quidem nō igniant, aerē autē sub circularis corporis sphęra existētē, necesse est lata illa incalescere. Et hac maxime, cui sol extat infixus. Propter quod approximante ipso & oriente & super nos existente generatur calor. Quę quidem igitur neq; ignea sunt, neq; in igne feruntur, hęc à nobis dicta sint de ipsis astris.

Cõm. 29. Cum in memoriã reuocasset dicẽtes astra ignea esse ꝓpterea ꝙ cœlũ igneũ est, & tãtũ ab hoc accipiens pro sua opinione. s. ꝙ etiã illi cõsubstantialia cœlo dicũt astra esse, abnegans autẽ ꝙ ignea sint, hoc redarguens tollit è medio qđ in ratione uidebat persuasiuũ. Si enim calefaciũt ea quæ hic, calefacere autẽ est ipsius ignis, qũo {aiunt} nõ ignea sunt cœlestia? Et ꝙ qdem ad hoc tendat ratio ipsius, insinuat ↄclũsio dicens. Qđ qdem igitur neq; ignea sunt, neq; in igne feruntur, tot à nobis dicta sint de ipsis. Qđ autẽ etsi calefaciãt ea quæ hic, nõ necesse ignea existẽtia ipsa calefacere, sed sufficit ad hoc motus ipsorũ, persuadetur hoc ex eo, ꝙ etiã solidissima p motũ accẽdũtur. Nam ligna, lapides, & ferrũ, & sagittarũ per aerem delatarũ exemplũ euidens proponit. hęc enim ꝓpter motũ ita igniũtur, ut & plumbea ferrũ in ligno continẽtia liquefiant, & aerẽ in circuitu ipsorũ simul igniãt. Sicut igitur à motu igniti simul ignitur adiacens aer, ita à cœlesti motu moto cõtinue succenso & ignito, cõsentaneũ est aerẽ propinquiorẽ existentẽ igni calefieri. Alexander autẽ aerẽ ipsum succensum intelligit qđ in aliis, ut elementũ ignem uocat Arist. At q quomodo propinquiorẽ igni dixit aerẽ, si aerẽ ipsum succẽsum putasset? quomodo etiã analogiam ad sagittam saluat, si accẽdens aerẽ sagitta proportionalis erat igni? ob id etiã sagittã ab aere intellexit calefieri Alexãder, sed nõ aerẽ à sagitta quãuis Aristoteles dicat, ꝙ sagittę ipsę igniunť, sic à motu, ut liquescat plũbũ, & quia igniuntur ipsę, necesse etiã est in circuitu ipsarũ aerẽ idem pati. Et forte ex eo qđ cõsequenter dicitur, hanc habebat suspicionem Alexãder. dicit autẽ hæc qdem per aerẽ lata ab impetu ferũtur, & ignito illo ob plagã à motu & hæc simul igniunť. Astrorũ autẽ unũqđq; in sphæra cœli ꝭm se delatũ, ipsum qdem non ignitur, neq; n. aptũ natum est. Aerem autẽ totũ succenso uocat. Hunc igitur existẽtem sub sphæra circulariter mobilis corporis, mota illa, & simul mouẽte ipsum, palã ꝙ necesse est igniri. Nã nõ solũ succẽsum simul mouetur cũ cœlo, sed etiam proximus sibi aer, & fere usq; ad stagnatũ circa terrã, & usq; ad cõtentũ intra montiũ summitates. Quoniã aũt hoc cũ dixisset erat dubitare, ꝓpter quid cœlo, & in ipo astris, & in noctibus similiter ut in die motis, & in hieme similiter & in ęstate, & subiecto aere similiter, tãquã uno semper simul moto, dies tamẽ noctibus, & ęstates hieme sunt tãto calidiores: hanc soluens instantiã apposuit ꝙ hac ratione maxime cœlũ circundelatũ suppositũ aerem calefacit quatenus sol extat illigatus seu infixus. Et ꝓpter hoc in ęstate qdem appropinquãte ipso uertici nostro, in die autem oriente & super nos existẽte magis fit caliditas. Et dicit Alexander ꝙ non irrationabile est ꝭm partem huius circũmoti corporis tãq̃ unius ꝭm qđ magnũ corpus est in ipso & mole cõglobatũ, & nõ multũ distãs magis fieri ampliorẽ ex motu & caliditatẽ in subiecto corpore magis ↄtrarie aliq̃liter ꝭm ptẽ hanc, pp spissitudinẽ, & magnitudinẽ eius, q̃ ꝭm motũ fit intẽsionis. Maxime igiť ꝭm illã ptẽ ꝓpter hoc cœli circulatio calefacit aerẽ, ꝭm quã sol est illigatus. Sed adhuc mihi uidetur manere dubitatio, quomodo sol ferè à nobis æqualiter undiq; distans, siquidẽ & ad solis sphærã terra ferè pũcti & centri rationẽ habet, minima existente permutatione plus in ęstate eum, qui circa nos aerem calefacit, q̃ in hieme, à loco illo ferè nihil minus in ęstate distãs. Quomodo etiã in meridiano calefacit magis quã in ortu & occasu, eadẽ existente distantia ad id qđ supponitur. Quomodo etiã si magnũ & spissum sit solis corpus magis cõtrarius est, qui ꝭm motũ cœlestis corporis tactus, ad id qđ sub luna, ꝭm illã fit partem, tot tantis existentibus cœlestibus corporibus intermediis? Sed hãc qdem instãtiã & prius, & nũc soluẽs Alex. dicit, multas passiões multis ĩprimi p media aliq̃ mediis nõ patiẽtibus eãdẽ passionẽ, sed trãsuehẽtibus ipsam ad patiẽtia, sicut ait, quæ à sole accẽdunť accẽsa mediis nõ accẽsis. Prius autẽ & eã, q̃ à stupore marino hoĩbus ĩditã passionẽ pro testimonio accepit, per media recta nõ stupefacientia, forte autẽ qualitates quidẽ quasdã sic traduci, nihil mirũ mediis tãquàm uasis quibusdã inanimatis factis ad trãsuectionẽ. Corporalẽ autẽ passionem, & detritionẽ talẽ per mediũ fieri aliqđ nõ moto etiã ipso, & detrito, neq; fingere puto possibile. Sed necessariũ erat, quod sub sole cœleste corpus inspissatũ & ipsum ab ea, quæ ꝭm solem, parte aut pulsum, sic passionem in id, qđ sub luna traducere. Si igiť taliũ passionũ nõ est susceptiuũ corpus cœleste, aliter oportet dubitatorũ solutionẽ traducere. Et maxime quia neq; Aristo. spissitudine & cõtra obuiatione usus fuit, ad hoc ꝙ sol calefaciat ea, quæ hic sunt, sed eo ꝙ appropinquatur nobis, & super nos fit, Dicendum igitur, à solari corpore radios corporales editos ferri per cœleste corpus ad id, quod sub luna est. Equidẽ cœleste corpus tãquàm ĩmateriale ĩmaterialiter & improhibite penetrantes, per id autẽ qđ sub luna, nõ

adhuc

adhuc cedentes,sic tãquàm hoc materiali existente.{Nam & incorporeas cœlestiũ illustrationes, quædã quidem animæ,ꝓpter idoneitatẽ suscipiunt,quædã aũt inepitudine obsistente nõ suscipiũt, sic autẽ & quæ sub luna sunt,}sed ꝑ aerẽ quidem per poros penetrant,à solidis autẽ reflectuntur ad æquales angulos.Interceptus igitur ab ipsis aer,& simul motus,& ad seipsum detritus,conglobationé eius in molem incalescit,& maxime in illis locis,in quibus radii ad seipsos refracti intermediũ aerem inspissant.Et propter hoc solstitiorũ quidem ęstiuale calidũ est,quia ſm illud sol non nobis simpliciter fit propinquior,semper fere,ut dixi,æqualiter à nobis distans,sed eo,qđ ſm uirtutẽ nobis appropinquatur.Nam ſm meridianũ maxime,& circa illum radii in seipsos reflectunt,faciens assumptũ aerem in mole cõglobari,& cõprimi.In hyeme autẽ & per diem apud ortũ,& apud occasum sole existẽte,qui ad nostrã habitationẽ emissi radii nõ adhuc similiter ad seipsos reflexi,sed diffusi magis nõ similiter aerẽ cõprimunt.Propter hoc etiã mõtes cãpestres sunt frigidiores,quia apud ipsam reflexionẽ ɔgregati magis sunt radii,& magis earẽ comprimunt,sursum,progressi autẽ,distãt magis. Propter quod qdem eleuatior aer frigidior est,& qdem si desuper ꝓpter motũ ignitio icepisset,calidiora debebant esse eleuatiora,tãquàm ꝓpinquiora magis existentia his,quæ mouẽtur.Quãdo igitur dicit Aristoteles,ꝙ fit caliditas appropiquãte sole,& oriẽte,& super terrã existẽte: appropinquãte qdem dicit ei,qđ ſm uertici nostro.Oriẽte autẽ super terrã existente,sed nõ sub terra,supra nos autẽ existente,hoc est in meridie existente.Nam tria hæc cõuenientia calefieri ea,quæ hic,maxime à sole, faciũt.Et hæc qdem corporalr̃,& naturaliter pro rñsione dicta sunt.Dicat autem,& ꝙ sicut sanitates, & ægritudines,& diuitias,& pauptates,& artes alias eorum,qui sub luna exhibent ſm suos motus & cõfigurationes,sic & eas,quæ ſm qualitates differentias.Si enĩ nõ solũ calefaciũt,sed infrigidant q̃ ſm cœlũ,nõ solũ motus,sed & ante hos ꝓprietates ꝑ causa ponẽdũ.Notat aũt Alexan.qđ ꝓposuerat qdem,de astrorũ caliditate,& lumine dicere,qualiter fit,quoniã nõ ignea sunt,dixit autẽ de caliditate sola,tãquàm uideretur qdem aliqbus utiq; ꝓpter sequi caliditatẽ & ignitionẽ ex eo ꝙ illuminat diaphanum,nõ tamẽ sic habet,sed quia nõ solũ ignis illuminat,sed alia q̃dam & ipsa etiã diuina. Dicet igitur de lumine & in.2.de anima,ꝙ est lumẽ factũ ab igne,aut à diuino corpore in diaphano. Quare & illuminare habent etiã astra ipsa,& sine sua caliditate,ut in aliis dicet,ꝓpter qđ nunc prætermisit sermonẽ de hoc.Ista Alexandri ꝓposui aliàs existẽtia utilia.Quoniã miror quomodo dicit, non dicere Aristo.in his,qualr̃ ab astris fiat lumẽ,sed solũ q̃liter caliditas,quãuis audierit dicẽtẽ ipm. {caliditas aũt ab ipsis & lumen fit,detrito aere ab illorũ latione.}Si igitur de lumine nihil dixit,neq; de caliditate dixit aliquid.Non enim aliud aliqd de ipsa dixit,q̃ ꝙ detrito aere ab illorũ lation fit caliditas.Quæ enim dicuntur deinceps,omnia ad huius fidem assumpta sunt.Proponãtur autẽ & ista Alexãdri.Dicente enim Aristotele attritione cœlestia calefacere,quę sub ipsis sunt,quomodo utiq; erit hoc{ait Alexã.}uerũ,si simplicia sunt?uidet igitur/ait/qm̃ omne tangibile ſm cõtrarietatẽ tale est,& prima ſm primas,primæ autẽ tãgibiles cõtrarietates ostẽduntur in.2.de generatione & corruptiõe,caliditas & frigiditas,& siccitas & humiditas.Aut igitur ſm has specificat circulariter mobile, aut ſm alias,siqdem enim ſm harũ aliquas,de q̃tuor aliquas,si aũt ſm alias.primo qdem incõueniẽs uidebit,nõ ſm primas/primũ corporũ specificari.Deinde & sic si ſm aliquã simplicẽ cõtrarietatem, nõ æternum,erit enĩ aliqd ipsi cõtrarium.Forte igitur/ait/dicendũ,tãgibile qdem ipsum esse,& specificari etiã ipsum ſm tãgibilem qualitatem,nõ tamẽ ſm cõtrarietatem.Nam quę qdem in generatione & corruptione uersant,ſm tangibiles cõtrarietates,quia materialia & trãsmutari ipsa in inuicẽ necesse est corpus cœleste,nõ tale est,specificat aũt qualitate simplici.s.circulatiõe cui nihil est ɔtrariũ. Si enim grauitas & leuitas sunt tãgibiles contrarietates,erit utiq; & circulatio tãgibilis,q̃ est forma illius corporis.Grauitas quidẽ igit & leuitas/nõ erant formę eorũ,q̃ in generatiõe & corruptiõe sunt, q̃a neq; factiua,neq; passiua hæc sunt.Nõ.n.in faciendo aliqd aut patiendo ab altero dicunt,ut dixit. Quæ aũt in generatione & corruptione corpora,factiua & passiua abinuicem sunt,circulatio autẽ factiua qdem existẽs,non adhuc aũt & passiua eo,ꝙ non habeat aliqd cõtrariũ à quo patiat.Neq; patientia ab ipsa tãq̃ contraria patiunt,merito forma est illius corporis.Et erit autẽ rarũ hoc utiq; tãquã speciosum dictũ,quorũ contrariũ spissum erat,& minus & magis utiq; hñt hęc.Magis quidẽ sphęræ,minus aũt astra,uident.n.hæc mole redacta esse magis atq; extumescere magis,extubatio autẽ in mole neq; extare facit ipsa à suba,eo ꝙ sequit talis rarefactio & ispissatio circulationẽ,hęc aũt ītrãsmutabilis fit.Colores aũt & si qua talia īsunt ipsis,tãq̃ accidẽtia utiq;,& extrinsecus,& assequentia illam qualitatẽ insunt.Et ista qdem Alexãdri.Multis aũt dictorũ ab ipso discordet utiq; qs.Et primo huic, scilicet ꝙ cœlestia tritione calefaciant ea,q̃ sub luna sunt,tãq̃ ipsa his,q̃ sub luna secus trita. Nõ.n.hoc existimo dicere Aristotelẽ,sed ꝙ aer cũ motu cœli simul motus ipse ad seipm̃ deterit. Nõ.n.uerisile sic repercutere corpus cœleste,ut detereat ꝓpinquũ.Si aũt hęc sic se hñt,calidiora utiq; eẽnt aerea,

quæ cœlo ꝓpinqua magis ſunt. Nunc aūt ɔtrariū apparet, nam apud terrā calidiora altioribus ſunt. Secundo aūt attendet utiq̧ quis ad hoc. ſ. omne tangibile ẽm q̃tuor q̃litates tale eſſe. Tāgunť qdē. n. inuicem & cœleſtes ſphæræ, nō. n. eſt aliquid ītermedium ꝓhibens. Si autē à q̃tuor elñtis ſeparatū eſt cœleſte, non utiq̧ tactū ẽm has hr̃et drĩas. Si autē ẽm terreum quidem habet tangibilitatē, ẽm igneū autem uiſibilitatem, ut ait Plato, nō ẽm hæc, q̃ in generatione & corruptione, q̃ trāſmutanť in iuicē, ſed ẽm ſummitates ipſorū, conſentaneæ inuicē p̃exiſtentes, & ꝓpter hoc ꝓprietatem cœli non lædentes. Dictū eſt. n. & prius, ꝙ non oīa ex his cōpoſita, generari & corrūpi neceſſe eſt niſi quando nō poſſunt coexiſtere inuicē, & ſubtū ipſis tale, ut uiciſſim utrūq̧ ſuſcipere aptū natum ſit, ſicut & ipſe Alexander nouit. Tertio aūt qūo tangibilem q̃litatē dicens circulationem, nō uult ipſam hr̃e cōtrarium, ſi oẽs q̃litates drĩæ exiſtentes, ẽm oppōnem à genere diuidunť? Quarto qūo raritatem & īſpiſſationem in cœleſtibus aſpicit contrarias exiſtentes, ſi putat oẽm cōtrarietatē generationis & corruptiōis eſſe cām? qūo etiam ipſas aſſequi dicit circulatione, ſi & in his ſub luna eſt raritas & ſpiſſitudo? Quinto etiā quo mō colores & talia accidētia, & extrinſecus in cœleſtibus putās, nō cogiť ẽm paſſionē ipſa infieri dicere, tāq̃ non generationis & corruptionis ipſorū, ſed ſemper alteratiōis paſſiuę cauſa fiāt, & mortalem difficultatem cooperentur. Atqui accidentia, & extrinſecus in illis dicere abſurdiſſimum omnium eſſe puto, in habentibus ſubſtantialem & ſpecificam uirtutem.

Vide Plotinū ſuo libro de cœlo, & Procli ſupra Timæum.

Q m̃ autē videntur & aſtra tranſlata, & totū cœlū, neceſſariū aut quieſcētibus vtriſq; fieri tranſlationē, aut motis vtriſq;, aut hoc q̄dem quieſcente, hoc autē moto. Vtraq; q̄dem igitur quieſcere impoßibile quieſcēte & terra. Neq; enim vtiq; fierēt quę videnť, terrā autē quieſcere ſupponatur. Relinq̄tur itaq;, aut vtraq; moueri, aut hoc q̄dē moueri, hoc autē quieſcere. Siq̄dē igiť ambo mouebūtur, irrōnabile eaſdē velocitates aſtrorū eē, & circulorū. Vnūq̄dq;. n. ęque velox erit circulo ſcd̄m quē fertur. Videntur enī ſimul circulis cōſiſtentia iterū in idē. Accidit igitur ſimul aſtrūq; pertranſiuiſſe circulū & circulū allatū eſſe, ea quę ipſius latione, pertrāſitā eam quę ipſius peripheriā. Nō eſt autē rōnabile, eandē rationē habere velocitates aſtrorū, & magnitudines circulorū. Circulos quidē enim, nihil inconueniēs, ſed neceſſariū analogice habere velocitates magnitudinibus. Aſtrorū autē vnumquodq; in his nullatenus rōnabile. Siue enī ex neceßitate maiori circulo latū velocius erit, palā quia & ſi tranſponanť aſtra, in eos qui inuicē circulos, hoc q̄dem erit velocius, hoc autē tardius. Sic autē nō vtiq; habebūt ꝓprium motū, ſed ferentur vtiq; à circulis, ſiue à caſu contingit. Neq̧ ſic rationabile vt & in oībus ſimul, vt circulus q̄dem ſit maior, & latio velocior, eius q̄d in ipſo aſtri, vnū q̄dem enī aut duo hūc modū habere, nihil īcōueniēs, oīa aūt ſimiliter fictiōi aßimilanť. Simul aūt & nō eſt in his quę natura, q̄d vt cōtingit, neq; vbiq; & in omnibus exiſtēs, quod à fortuna.

Com̃. 30. Scd̄m hoc de aſtris omnibus, fixiſq; & erraticis ꝓblema q̃rit apparens motus ipſorum & trāſitio utrū per ſe motorū eſt, aut aliquo alio mō accidit. Ex diuiſiōe aūt ꝓducit q̃ſtionē, cōfeſſum accipiēs q̄d apparet. ſ. ꝙ aſtra trāſferunť & totū cœlū, totū autē dicit trāſferri, nō ꝙ ẽm totum ptrāſeat ex loco ad locū, ſed q̄a cœli corpus moueť totū, ut aſtra dicunť. Moueť aūt ẽm partes, ut perſpicuū eſt, & ex eo ꝙ aliæ partes, ceu aliæ ęq̄noctiales circuli & zodiaci, & aliorū circulorū qui ſunt ī ipſo corpore cœleſti, oriētes, & cœlū mediātes & occūbentes, ex inſtrumentis dep̃hendunť. Amborū igiť tranſlatione apparente. ſ. nō erratici cœli, & non errantiū aſtrorū {de his. n. nūc eſt ſermo} neceſſe, aut q̄eſcentibus ambobus fieri trāſlationem, aut motis ambobus, aut hoc q̄dem quieſcēte, hoc aūt moto, & p̃ter hæc non eſt aliud membrū. Suppōne aūt dignificauit & ly {ambobus q̄eſcētibus} q̄uis ineuidens uideať ſaluari apparentē ipſorū tranſlationē ambobus q̄eſcētibus, q̄a fuerūt quidā, de q̄bus Heraclides Pōticus, & Ariſtarchus inquiūt, de q̄bus Heraclides Pōticus & Ariſtarchus: putātes ſaluari apparētia, cœlo quidem & aſtris q̄eſcētibus, terra aūt circa ęq̄noctiales polos ab occaſu mota per diē una ꝓxime circūuolutione ly {ꝓxime} autē apponiť, ꝓpter ſolis ſupermotionē unius gradus tāquā ſi nō moueať terra, quod q̄dē paulopoſt oſtēdet, nūc aūt ut ſuppōnem accepit, īpoſe cœlo & aſtris quieſcētibus ſaluari apparētia. Nā qūo utiq̧ trāſlatio ſaluať oībus īmotis acceptis? Et hoc q̄dē mēbrū diuiſiōis ſupponens terram īmotam ſic diſſoluit. Q̄d aūt neq̧ ambo moueanť cœlū, & q̃ in ipſo aſtra, oſtēdit ſic, q̄m̃ unūquodq̧ aſtrorū ẽm circulum uideť motū, q̃ quidem uerſus polos ẽm minores, q̃ aūt uerſus æquinoctialem ẽm maiores, ſi ambo ſupponātur mota & aſtra & cœlum, neceſſe eſt aſtrū & circulū ẽm quem ferť aſtrum æq̃ uelociter moueri. Et cām neceſſitatis apponit, q̄a uidenť aſtra ſimul cū circulis in idē reſtituta. Q̄d. n. cum primo gradu arietis hodie cooriť nō erraticū aſtrum, & craſtina ipſi cooritur.

cooritur. Sic aũt oportet imaginari motum amborũ,ut si quis super equum sedens lõgorum crurum ęque uelociter currit cũ equo eadem lõgitudine ab ambobus in eodem tẽpore pertransita, sic enim & astrũ ambobus motis eũdem semp locũ circuli obtinens ęque ueIociter mouebit cũ circulo. Si.n. attingens circulũ astrum,& ꝓprio motu motũ super ipm ęque ueIociter moueat opposito astri motu,necesse bis restitui astrum,quãdiu circulus semel restituit,ut super terrã appareat factũ astrum. Nõ attingens aũt,siquidẽ uelocius circulo moueat,coassumit aliqd ipsius,si aũt tardius subdeficiet. Hoc aũt non est ↄsentaneũ/ait/scilicet ęque uelocia astra circulis eẽ,qm̃.n.in sphęra maiores & minores circuli circa idẽ centrũ,aut circa eũdem polũ existẽtes unà simulq; restituunt quidẽ,ẜm maiores quidẽ citius moti,ẜm minores autẽ tardius,si & astra simul restituunt circulis super quos mouentur,ꝓportionalr̃ habebunt uelocitates astrorũ,ad magnitudines circulorũ.Quare quanto maior est ęquinoctialis,semp manifesto,tanto uelocius astrũ,qđ super ęqnoctialẽ est uelocius eo qđ sup semper manifestũ est.Nã æquinoctialis semper manifesto tanto uelocior.Sed circulos qdẽ uelocitates ꝓportionabilr̃ hr̃e cũ magnitudinibus nõ solum cõsentaneũ est,sed etiã necessariũ.Cõsentaneũ qdem, qa ẜm rõnem & ꝓportionẽ uelocitates coaptant magnitudinibus,sed qui maiores citius mouẽtur. Necessariũ autẽ quia circuli ipsi nõ sunt per se absoluti à sphęra q̃ mouet.Continuũ.n.illud corpus est,sed sphęra mota,& restituta ab eodẽ in idẽ,& circuli ẜm qđ ferunt astra,restituunt simul oẽs maiores & minores.Quo mõ.n.possibile sphęrę cõtinuatę & circulariter circũmotę,aliquid ipsius iã restitutum eẽ,aliud aũt nõdũ?In astris autẽ per se motis nõ adhuc cõsentaneũ est eãdem ꝓportionem uelocitatis ipsorũ ad uelocitatem quã hñt magnitudines circulorũ adinuicẽ.Necesse.n.aut circulos causas eẽ talis ꝓportionis,ut ex necessitate id qđ super maiorẽ & minorẽ circulũ mouet citius moueat,aut ipsorũ astrorum per seipsa motorũ,hoc quidẽ uelocius est,hoc aũt tardius,sed siqdẽ circuli causa sunt necesse transposita ẜm imaginationem astra,prius quidẽ uelocissimũ,eo ꝙ sup maximũ & uelocissimũ circulum mouebit,tardissimũ fieri,eo ꝙ super minimũ,& tardissimũ circulũ nũc mouet,& ècõtrario,sic autẽ nõ adhuc utiq; erunt ꝓprio motu mota astra,sed à circulis delata.Si autẽ ꝓpter seipsa astra,alia quidẽ ueIociora existẽtia,alia aũt tardiora simul diuisa sunt conuenienter cũ circulis,uelociora quidẽ/maioribus uelocioribus,tardiora autẽ/tardioribus & minoribus,aut ẜm naturalem quãdã/& principalẽ rõnem/hoc factum est,aut à casu accidit,sed ẜm naturalẽ quidem rõnem/ euidenter est ipoẜe.Propter qđ etiã p̃termisit forte Aristo.hoc mẽbrum diuisiõis.Si.n.in oĩbus his q̃ ẜm naturã/maius corpus citius fert sua latione,ut etiã ipse paulopost dicet: nã maior gleba/citius ad deorsum fert & maior ignis/citius ad sursum,nõ utiq; maiora astra/ẜm naturalẽ rõnem tardiora facta/breuioribus & tardioribus circulis coaptarẽtur.At uero neq; à casu accidit,ut in oĩbus simul/& circulus sit maior,& latio uelocior astri qđ in ipso,quia q̃ à casu raro & in minus sunt.Et si quidem unũ aut duo sic se hñt,nullum icõueniens uidebat dicere à casu.Oĩa autẽ simil̃r se habere si ex casu dicens quis fictioni assimilat,figmẽtum autẽ est id qđ ẜm nr̃am phãtasiã incõsone de rebus dicit, ut rõcinãdum sit hoc mõ:quæ à casu & fortuna sunt nõ ubiq; neq; in oĩbus sunt,astrorum ad circulos analogia ubiq; & in omnibus est. Astrorum ergo ad circulos analogia,non à casu neq; à fortuna est.Et alium etiã quendã talem syll̃m posuit.Quæ ubiq; & in oĩbus sunt,ẜm naturã sunt,quę ẜm naturã,neq; ut ↄtingit/neq; à fortuna sunt.Si igit qbusdã astris ad circulos analogia ubiq; & i oĩbus ẽ, nõ utiq; neq; à fortuna,neq; ut ↄtingit erit.Alexãder aũt hoc {simul autẽ nõ est in his q̃ natura quod ut cõtingit & à fortuna} exponẽs inquit.Quæ enim natura fiũt,ut ad plurimũ fiunt,nõ raro,neq; in his q̃ ex necessitate.Nam qđ ubiq; & oĩbus existit,necessariũ est,nam oppositũ ipsius impoẜe est,quæ autem ẜm cœlum,& ẜm naturã,& ex necessitate & natura cõsistunt.Quod aũt ut ↄtigit & à fortuna & ad minus & raro euenit.q̃re non rõni consentaneũ est sic accidere. Si igit simul restitutis astris cũ circulis,ut ex apparentibus ↄstat,accidit dicentibus moueri astra,ęq̃ ueIociter ipsa moueri cũ circulis super quos mouẽtur asserere.Hoc aũt assequitur hoc.s.aut p necessitatẽ circulorũ,& non ꝓpter ipsa moueri astra,aut si ꝓpter seipsa moueantur,aut ẜm naturam saluat ꝓportio astrorum ad circulos, aut à casu & à fortuna.Si igit ambo impossibilia ostensa sunt,& hæc assequũtur id qđ est ambo moueri.s.circulos & astra,perspicuũ est,ꝙ impossibilis suppositio sit.Dicit aũt Alexãder,ꝙ p̃nt dicta etiã sphæris adaptari,tanquã circulos ipsorũ sphęras dixerit.Nam & errantiũ sphęrarũ cum circulatione simul restituta apparẽt in ipsis astra.Quare unũquodq; utiq; ipsorũ ęq̃ ueIociter mouebit cũ sphæra in qua est.Quarũ sphærarũ aliæ qdem sunt maiores,aliæ autẽ minores,q̃ enim extrinsecus & continentes,maiores sunt interioribus & ↄtentis.Et erit utiq; hoc.s.{circulos quidem nihil incõueniẽs, sed etiam necessariũ uelocitates habere ꝓportionalr̃ cum magnitudinibus}æq̃le huic{sphæras quidem necessariũ hr̃e uelocitates ꝓportionaliter cũ magnitudinibus.}Nam maior ipsarum in maiori mouetur tẽpore.Propter qđ quę quidẽ Saturni i.30.annis,quę aũt Iouis,in.12.alia aũt in alio.Forte

Mars in duo/b^9, sol f. 365 diebus. 6. horis, vel circa, Ven^9, & Mercurius in eodem fere, Luna. 27 diebus. & 8. fere horis. vide authorē sphæræ.

autem Aristoteles qdem circulos ꝓportionaliter hr̄e uelocitates magnitudinibus dixit, tanquā maioribus circulis citius motis, siquidē simul restituūtur cum minoribus. Alexāder aūt in sphæris contrarium dicit, ꝙ maior in maiori moueť tēpore, uniuersalr autem de circulis quæ simul restituūtur Aristo. dicit, & hoc etiam ipse Alexander nouit ꝙ ambobus motis. s. circulis & astris & simul restitutis alter motus frustra existens apparet. Nihil autē frustra est in his quæ natura fiunt. Et miror quomodo hoc dicit, quāuis enim simul restituantur circuli & astra, utraqꝫ substātias & uirtutes habentia proprias secundum ipsas operantur.

At vero iterum si circuli quidem manent, astra autem mouentur, eadem & similiter erunt irrationabilia. Accidet enim velocius moueri quæ extra, & velocitates esse secundum magnitudines circulorum ipsorum.

Cōm. 31. Ostenso ꝙ neqꝫ ambo possibile est qescere. s. circulos & astra, neqꝫ ambo moueri, nunc ostendit ꝙ neqꝫ astra quidē moueri rōnabile est, manere aūt circulos. Eadem enim erūt absurda similr deducta, etenim si astra supponātur mota quiescentibus circulis, accidet etiam sic, id quod sup maiorē circulū est citius moueri, & ꝓportionalr habere uelocitates astrorū ad magnitudines circulorū, in qbus mouentur, quod quidē est impole. Neqꝫ enim naturalr hoc accidere possibile est, siqdem ſm naturam maiores magnitudines similibus motibus citius mouētur q̄ minores. Necesse igiť aut circulos esse causam talis ꝓportionis, & sic nō erunt astra q̄ moueňť per se, non enim si minus astrum sup maiorem circulū moueret, sed aut à casu & à fortuna euenit. Qđ quidem absurdū est in naturalibus dicere, & maxime in diuinis. ſm nullum igiť modū astris motis uelocitates astrorum ꝓportionaliter hr̄e cum magnitudinibus circulorū possibile est, q̄re eadem etiam similr erunt absurda. Et in hac suppositione cū dicat Aristoteles ꝙ accidet citius moueri q̄ extra, hoc est q̄ remotiora à polis sunt & uelocitates esse ſm magnitudines circulorū, notauit hic etiam Alexāder ꝙ nō utiqꝫ dicit restitutionē planetarum. Non enim simul restituunť hi, sed unusqſqꝫ ipsorū in diuersis tēporibus restituiť, & rediť ſm proprium motū, sed non simul restituūtur, neqꝫ uelocitatū ipsis differentiæ fiēt ſm differētiā magnitudinum, in quibus moueňť. Quare rōnabile, ait, ut diximus, has ostensiones in p̄sentia dicere ip̄m de astris, quæ in sphæra non errante collocantur.

Quoniā qdem igitur, neq; vtraq; moueri rōnabile, neq; astrum solū, relinqtur circulos qdem moueri, astra autē quiescere, & infixa circulis ferri. Solū enim vtiq; sic nullū irrationabile accidit. Celeriorē enim esse maioris circuli velocitatem, rationabile eorū quę circa idē centrū alligatorū. Sicut enim in alijs, maius corpus velocius fertur, ꝓpria latione, sic & in circularibus. Maior enim ablatorū ab his quę ex cētro, maioris circuli decisio. Itaq; rationabiliter in ęquali tēpore, maior circūferretur circulus, & nō distrahi cœlū ꝓpter hoc accidet, & quia ostēsum est cōtinuū ens totū.

Cōm. 32. Quatuor existētibus mēbris diuisionis dicentis ſm quot modos possibile saluari apparentē astrorum trāslationē, ostenso ꝙ neqꝫ ambo moueri rōnabile est. s. circulos & astra, neqꝫ alterū solū. s. astra: de his enim ꝓxime ostenderat, inducit merito, ꝙ relinquiť circulos quidē moueri, astra aūt quiescere, & illigata ferri. Hoc enim reliquū diuisionis mēbrum est. Et solū sic, ait, nullum absurdū accidit, & ostendit iam, quia qđ quidē, ex aliis suppositionibus absurdū seqbatur. s. proportionales esse uelocitates astrorū cū magnitudinibus circulorū, hoc nō sequiť, hoc aūt sequitur. s. celeriorē esse maioris circuli uelocitatem, his q̄ circa idem centrū alligātur, hoc nō solum, nō absurdū, sed etiam necessariū esse secūdum duos modos, ſm unū qdem, quia sicut in aliis naturalibus magnitudinibus maius corpus citius fertur, q̄ minus ꝓpria ipsis ſm naturā latione. Maior enim gleba quā minor, & maior ignis quàm minor citius moueť, sic etiam in circularibus quod est maius citius ferť. Si enim ex cētro, concentricorū circulorū educte recte, ad eas q̄ in circuitu sunt peripherias, similes portiones circulorum auferunt, ceu q̄rtas, aut semicirculos, aut qlesc̄ūqꝫ, quādo motis circulis una recta earū quę ex centro simul motarū, & ipsa ſm imaginationē cum circulis simul currat altera manente ſm intellectū tunc similes portiones circulorū, hæ qdem maius spaciū, hę aūt minus aliqn̄ transierūt. Quare rationabilr & toti circuli, qui maiores, & qui minores in æq̄li tēpore circūferētur. Hoc igitur necessario accidit, eo ꝙ ꝓportionales sint uelocitates cum magnitudinibus hoc. s. maiores & minores circulos in ęquali tempore simul redire atqꝫ restitui. Et adhuc hoc. s. nō distrahi cœlum. hoc enim inest quidem ipsi maxime quia ostensum est continuum totum esse. Accidit autem & propter analogiam motuum, qui secundum partes ipsius ad magnitudines sunt. Si enim æque uelociter maior circulus moue/

retur

ret cum minore, puta æquinoctialis cum semper manifesto non restitutis in eodem tēpore, discerpe- retur utiq; totius cōtinuitas. Attendere aūt oportet, q ad illud quod dicit, celeriorē esse maioris cir- culi uelocitatē, respondet istud, & nō distrahi cœlū. Alexander aūt audiens ipm dicētem {circa idem centrum alligatorū} pōt/ait/hoc & in sphæris intelligi, & erit utiq; per hoc tollens opinionē dicentiū fm excentricitatē motū inesse planetis, & sic tentantiū apparentia saluare, & deinceps etiam ait. s. ma- ior eni ablatorū ab his q̄ ex centro maioris circuli portio erit utiq; ut in rectis dictū est, sed hoc maio res quidē auferri portiones exteriorum circulorū, uerum est, non tñ argumentum huius q rōnabi- liter maior circulus moueat uelocius Sed siquidē est uerū fm illud magis, quia maius corpus exte- rius mouet fm naturā motu. Sed q quidem nō erraticis, sed in octaua circulis hęc conueniāt, & ipse notauit Nam in æq̄li tēpore maiorem circulum cū minori restitui, in circulis qdē qui in octaua sunt uerum est, in erraticis aūt sphæris nō adhuc uerum, neq; fm ꝓprium ipsarum motū. alia enī in alio tēpore restituit, neq; fm motum qui cū uniuerso fit, etenim ab illo idem deficit tātum unūquodq;, quātū fm ꝓprium motum mouet ex cōtrario motui uniuersi. Propter qd etiā in ipsis astra apparēt nō simul restituta cum fixis cum quibus fuerint cōcurrentia, sed subdeficiētia sunt. Hoc autē {circa idem centrum alligatorū} tāq; de centro ꝓprie itelligens, æq̄le/ait/huic. s. in sphæra existentium. Forte autē qm̄ & ex centro eductę peripheriæ ꝓportional̄r secant maiores & minores circulos, indiget qui dem his q̄ ex polo nūc, significat autē ipsas per hæc ab his q̄ ex centro Euidentius. n. in his theorema ante sphærica mathematica in planis traditum est. Sed hr̄e ꝓportionalem hāc sectionē Alexāder di- cit nō esse argumētum huius q rōnabil̄r maior circulus citius moueat. Si. n. in eodē tpe maioris cir culi portio, & ꝓportionalis ipsi minoris distātias intermedias rectarum q̄ ex centro ueniunt, hęc qdē maiori, hæc autē minori mouent, quomō non utiq; est argumētum euidens? Nescio autē ꝑpter qd Alexāder non uult rectas q̄ ex centro ueniunt, sed plana per cētrum ducta diuidere ꝓportionaliter circulos. Et quidē Aristo. ex centro, sed non per centrum/ait/cum dicat, & circulos esse ꝓportional̄r di uisos, sed nō sphæras, dicente autē Aristotele {& nō distrahi cœlum, ꝑpter hoc accidet, & quia osten sum est cōtinuum totū} Alexāder notat bene, q ex hac lr̄a palā, dici de inerrātibus sphęras has. In cō- tinuo enim dicit. Erraticę aūt nō ɔtinue, sed tangunt seinuicē, & in his nō utiq; distractio esset diuer simode motis, & hæc qdem dicta sunt ab Alexādro bene. Qd autem ɔsequēter dicit considerādum; in unaquaq; enī sphæra/ait/ distractio fit cōtinuo existente uniuscuiusq; ipsarū corpore, si astra sint simul mota manentibus sphęris. Non adhuc enī cōtinua corpora ipsarū, si astra q̄ sunt partes ipsarū locum ex loco transeunt. Forte aūt non hoc nunc ꝓponit dicere, iam enim ostensum est, q nō mo- uētur astra manentibus sphæris, sed q ꝓportionales sint uelocitates circulorū ad magnitudines ip- sorum, cā est huius q in æq̄li tēpore simul redeūtibus & restitutis maioribus & minoribus circulis non distrahat cœlum. nam nusq̄ fuit hic mentio astri. Alexāder autē imanens suæ sn̄iæ, potest/ait/ hoc in oībus sphæris intelligi, nō tanquā inuicē ɔtinuis, sed tanquā astris his, q̄ in ipsis sunt qbus mo- tis q̄libet ipsarū distraheret. Et qdem pauloāte bene rōcinatus fuit q erraticas impoīe simul restitui, aut iuicē, aut cū nō erraticis. Nunc igit hoc cōclusit Arist. q aliis diuisionis mēbris absurdis existen- tibus, relinquit id quod dicit circulos quidē moueri, astra autem qescere, sed qui sunt circuli, dignū est q̄rere. Æquinoctialis quidem enī & zodiacus, tanquā in duo secātes sphærā, merito inexistere ui- dentur, fm subam hemisphæria distinguētes. Alii aūt circuli forte fm intellm̄ nostrum sunt Centro enim polo, distātia aūt unoquoq; astrorū circulos describentibus nobis. Aut non fm nostrū intellm̄ sunt motuū circuli, sed tota sphæra circa eosdem polos semper. s. æqnoctialis mota unūquodq; eorū quę in ipsa sunt astrorū semper manens in eodē loco, & à tota sphæra circūmotum æq̄li semper distā tia à polo distans, circularem habet motū. Quāuis igit nō designati sint isti circuli sphęrę, tñ quoniā omnis motus fm distātiam aliquā fit motu circulari existente, necesse est etiam distantiā circularem naturalem esse, in qua æq̄liter distantia à polo astra firmata sunt à conditore DEO, & hę ꝓportiona- liter habentia uelocitates cum ipsis magnitudinibus.

Sēper manife- stus pōt eē & tropic' cancri & circulus ar- ctic' i nostra regiōe, in alia tropicus capri corni, & circu l' antarctic' no bis imanife.

Equinoctialis recte diuidit sphærā, zodia cus autem ob- lique.

Adhuc autē quoniā sphęrica astra, quēadmodū & alij dicūt & nobis cōcessum dicere, ex illo cor- pore generātibus. Sphęrici autē duo motus sunt per se, uolutatio & circūgiratio. Siquidē igitur mo- uentur astra per seipsa, altero vtiq; mouebūtur horū, sed neutro vidētur. Circūgirata qdem enī ma- nerēt vtiq; in eodē, & nō trāsferretur loco, qđ tamē & vidētur & omnes dicūt. Adhuc autē oīa qdē rationabile eodē motu moueri. Solus autē videtur astrorū sol hoc operari oriēs & occidens, & iste nō ꝑpter ipsum, sed ꝑpter elongationē nostri visus. Visus enim ꝓtensus longe voluitur ꝑpter debili- tatem, quę causa forte & eius qđ est scintillare videri stellas fixas, planetas autē nō scintillare. Pla-

netę qdem enim ppe sunt, quare potēs existēs ad ipsos ptingit visus, ad manētes aūt tremit, ppter lō gitudinem porrectus longe valde. Tremor autē ipsius astri facit videri esse motum. Nihil enim differt moueri visum, aut quod videtur.

Cō̄m. 33. Post ex diuisione ostensionem q̄ de motu aut imobilitate astrorum allata est, alium modum ostē sionis adducit qđ nō mouenť astra suppones ipsa sphærica esse, & nūc quidem pbabilitatem suppositionis psuadens ex opinione aliorū sic existimantium de ipsis, & ex eo ꝙ oportet, cū sint ipsa eiusdem subæ cum cœlesti corpore, corpus & figurā eandē hre. Paulopost aūt & hoc per se q̄rēdo pbabiliter tractās, ostendet sphæricam esse figurā astrorum. Supponens igiť ꝙ sphærica sunt astra, & pacipiés, ꝙ sphæricorū corporū fm qđ sphærica sunt, sunt duo motus. s. circūgiratio & uolutatio, fit aūt circū giratio quidem in eodem loco circa proprium axem reuoluta sphæra, Volutatio autem permutan/te loca: & ostendens neutrum horum motuum conuenire astris quiescentibus sphæris: iā ꝙ nō moueantur ipsa astra probauit/ait/Alexander. Et ꝙ quidem non circūgirentur ostendit ex eo, quod trāslata uidentur & non manentia in eodem loco. Si enim quæ circūgirantur in eodē manent loco, { tale enim est circūgirari. } Astra aūt non in eodē manēt loco, sed trāsmutāt locū, ut etiā apparētia attestā/tur, & cōmunis oīum opinio cōstat ꝙ in secūda figura ɔcludiť astra nō circūgirari, aut qđ uerius est, astra nō fm circūgirationē hanc habere eā quæ uidetur in ipsis trāslationē. Deinde soluit instantiam quæ dicit, ꝙ sol circūgirans apparet, uersimile igitur & astra sic moueri. Et soluit instātiam multiplr, primo qdem ex eo ꝙ rationabile qdem est, omnia eodē motu moueri substantiā eandē habētia, solus autē sol uidetur circūgirans. Scđo autē ex eo, ꝙ neꝗ sol ubiꝗ uidetur circūgiratus, sed oriens solū & occūbens. Et tertio eo qđ assignat causam fm circūgirationē imaginati motus solis penes nos existē/tem & nō penes solē. Visus enim/ait/ ptensus longe, & debilis factus ppter lōgitudinē uoluitur, hæc enim debilia & mota patiuntur. Volutio autē hæc & tremor & circunuolutio uidetur esse circūgira/tio eius qđ uidetur. Nihil enim differt ad talē imaginationē uisum supponere moueri, aut qđ uide/tur. Qui enim secus littora nauigant, moueri terrā & mōtes putant uisu moto, & ppriam passionē uiso circūponunt. Qđ autē hoc sit causa huius ꝙ circūgirans uidetur sol, persuadetur etiā ex hoc ꝙ stellę qdem nō errantes scintillantes uidētur. Has enim dicit illigatas tāquàm cōtra eas quæ uidētur erraticæ, distinguens ipsas, aut tāquàm nō erraticæ sphæræ de qua sermo est alligatas dicit. Planetas autē nō adhuc pati putat hoc. Nam planetę qdem/ait/ ppe sunt, quare potēs existens, & robustus per tigit ad ipsos uisus. Et ppter hoc nihil ipse patiēs neꝗ de illis aliquā p̄dicat passionē. Ad nō erraticas autē, quas ppter hoc manentes uocat, tāquā nō uagas remotius existētes uisus ptensus nutat ppter multā lōgitudinem debilitatus. Et tremor ipsius in sole qdem circūgiratio esse apparet in nō errati/cis & scintillationē uideri facit. Et ꝙ qdem etiā scintillatio in sole appareat manifestū est. Propter qđ autē dicit utiꝗ quis, circūgiratio in solo sole apparet, & nō etiā in his quæ ultra solem, ad quæ remo tiora existētia protensus uisus magis utiꝗ nutare debet, & tremere ppter maiorē debilitatē? Et dicit ad hanc dubitationē Alexander ꝙ forte quidē aliquid fit penes solis fulgorē. Forte autē fit & penes terrā ppter qđ secus ipsam uidetur circūgirans. Nam oriens & occūbens duos motus ipsius, unū fm quē cū uniuerso circūfertur, & alterū fm quē p se ecōtrario moueť, accidit aliqualiter uideri, eo ꝙ uideatur secus terrā quiescentē, & sic mutare uidetur ppter hoc oriens solū & occūbens, talis nobis uidetur. Et solus utiꝗ sol hoc patitur, eo ꝙ maximus sit ppinquorū, & fulgidissimus & manifestissimus, Hoc autē { uisus ptensus longe } nō tāquàm fm effussionē radiorū/ait/Alexan. uidentibus nobis dixit. Nō enim uidetur hoc sibi, sed diaphanū intermediū uisum nunc uocauit, ex eo ꝙ p multū intermediū spatiū speciem nobis annuntiās nō adhuc similr cum eo qđ est ppe nostrū uisum defert speciem eius qđ uideť, neꝗ dominať ipsi ppter eam quę ex lōginquo traductionē. Sed & hoc { quare potens existens ad ipsos ptingit uisus } uidetur/ait/Aristo. de intermedio diaphano intellexisse. Sentiens aūt Alex. { qđ ualde improbabile erat } diaphanū uocare uisum, & dicit ipsum uolui ppter debilitatē, q̄uis de uisu/ait/dicat & radiis, nō tāquàm acceptās dicit utiꝗ, sed eo ꝙ eędē qdē fiunt passiones, siue diaphanum intermediū fuerit patiens à sensibili, & annūtians uisui, siue à uisu emittanť radii, magis autē cōsuetū sit tale, quia mathematici sic loquunť, in multis enim ipso & si nō placeat utitur. Qđ aūt nō sit possibile sic se habere, in eo libro qui de sensu & sensibilibus īscribiť, ostendet. Qđ autē dicit planetas nō scintillare, & qdē sole existēte uno ex planetis & scintillante, aut alios prēter solem/ait/aut planetas pprie dicet utiꝗ ipsos quinque prēter solem & lunā. Et palàm ꝙ hoc fm p̄dominans dixit. Qđ enī & Mercurius inter planetas scintillat, significat & nomē hoc impositum sibi. s. stilbō. Quibusdā autē & astrū Veneris uideť tale pati, & melius ad pprietates astrorū magis hoc re/ferre

Pro hoc vi/de librum de mūdo q Aris. tribuitur, vbi Mercuriū vo/cat stilbō.

differentiis differũt sunt finita, scd̃m speciẽ necesse est corpora eẽ finita spẽ. Si igitur & elnta corpora sunt simplicia, adhuc magis necesse hęc q̃ quę ab ipsis fiunt finita esse specie. Et ꝙ corpora qdem suis differentiis differũt manifestũ est. Nam oĩa differentia suis differentiis differunt. Quòd autem differentiæ qbus differunt corpora sint finitæ specie, palàm ex eo ꝙ ipsę sunt sensibiles. Et ꝙ qdẽ sensibilibus differentiis differant corpora, ostendit in octauo de naturali auditu. Hoc autẽ ꝙ sensibiles sint finitę specie, ostendit in eo q de sensibus & sensibilibus sit. Omne sensibile habet cõtrarietatẽ, hñs cõtrarietatẽ, habet extrema ẽm spẽm, hñs extrema ẽm speciem est finitũ ẽm speciem. sensibilium ergo species finitæ sunt. Et categoricæ autẽ sic est concludere de elementis argumentũ, elementa sunt corpora, corpora abinuicẽ suis differentiis sensibilibus existẽtibus differunt, sensibilibus differẽtiis dña finitis specie differentiis differunt, q̃ finitis specie differẽtiis differunt finita ẽm speciẽ sunt. Hęc qdem igitur in his ad sermonẽ Anaxagoræ adduxit. In primo aũt de naturali auditu, & ad id qđ dicebat omnia in omnibus mixta eẽ obuiatiõnẽ fecit. Dicebat enim unũqđq; sensibiliũ corporum habere in seipso infinita homœomera, ꝑpter hoc enim uideri oĩa ex omnibus genita, ostendit igiť cõsequens huic ꝙ unũquodq; sensibiliũ corporũ infinitę magnitudinis fieri Nam ex infinitis multitudine magnitudinibus ẽm actum cõpositam magnitudinẽ necesse infinitam fieri magnitudine. Si igitur hoc impossibile, non utiq; erũt infinita elñta. Et palã ꝙ hoc argumentũ ẽm numerũ ĩfinitatẽ interimit cũ qua ẽm speciẽ infinitas nõ simul interẽpta est. Dicit aũt Anaxagoras inchoans librũ. Simul erant res oẽs infinitę & multitudine & paruitate. Nã paruũ ĩfinitũ erat & oĩum entiũ nullũ unum manifestũ erat ob paruitatem quod in oĩ oportet putare ineẽ oẽs res. Forte autẽ illud infinitũ tanq̃ nobis incõꝑhẽsibile & ĩcognoscibile dicit, hoc.n. ĩsinuaẗ p hoc, q̃ re segregatorũ nõ scire multitudinẽ, neq; rõne, neq; opere. Quoniã ꝙ spẽ finita putauerit insinuat dicẽs oĩa cognoscere intellectũ, & illud si infinita reuera essent, penitus incognoscibilia erant. Nam cognitio determinat & finit cognoscibile. Dicit aũt ꝙ cõmixta & segregata oĩa nouit intellectus, & q̃lia debebãt fore & qualia erãt. Videtur aũt Anaxagoras duplicẽ insinuare dispositionẽ, hanc quidem intellectualẽ & unitã in qua simul oẽs res erãt, & unũquodq; oĩa erat aliam ꝑpter intellectualem unionẽ. Hanc autẽ sensibilẽ & disgregatã ab illa unitione à cõditore intellectu, quẽ etiam ĩpm ab intellectuali ꝓcedẽtem disposuisse oĩa ait. Quòd enim intellectualem insinuet quãdam dispõnem ante hãc sensibilẽ ẽm cãm & spermaticæ hãc ꝑ accipientẽ, illa uerba plane (ut existimo) affirmant. His autẽ sic habentibus oportet putare inesse multa & omnimoda in oĩbus cõmixtis, & spermata oĩum rerum, & ideas oĩmodas habentia, & delectatiões, & colores, & hoĩes simul cõpactos esse, & alia animalia quæcũq; animam habent, & hominibus esse ciuitates cohabitatas, & opera constructa sicut apud nos, & solem & lunam & alia sicut apud nos, & hæc uidelicet spermaticæ ibi secundum ideas ut dixit praæccepta.

Anaxagoras posuit mũduz ĩtellualẽ ĩ quo oĩa erãt sicut Plato archetypũ. vñ triplicẽ posuit mũduz Anaxagoras, sensibilẽ, ĩtellectualẽ, & diuinũ. & vnuz in alio, & qa qlibet mũdus appellaẗ oẽ totũ, & pfectũ, vt ẽt Ari. p̊ li. dixit, ꝑinde cũ vnꝰ mũdus in alio eẽt dixit qđlibet, seu oẽ ĩ q̃libet ex oĩ eẽ, sed alias dicemus de his.

At vero neq; vt alteri quidã dicunt puta Leucippus & Democritus Abderites rõnabilia accidentia. Inquiũt enĩ esse primas magnitudines multitudine quidẽ infinitas, magnitudine autẽ indiuisibiles, & neq; ex vno multa fieri, neq; ex multis vnũ, sed horũ cõplicatione & circũplectione omnia generari. Modo autem quodam, & isti omnia entia faciunt numeros & ex numeris, etenim si non planè ostendunt, tamen hoc volunt dicere.

Com. 36.

Ad dicentes infinita multitudine elementa ꝓponens obuiare, & cum contradixisset ad eas quę circa Anaxagoras infinitas homœomeras elñta dicũt trãsiuit ad eos qui circa Leucippũ & Democritũ elementa dicunt atomos propter paruitatẽ & soliditatẽ infinitos existẽtes ẽm numerũ & figuras, hos autem solos dicebant cõtinuos. Nam alia quidẽ uidẽtur cõtinua tactu appropinquare inuicẽ ꝑpter qđ & sectionem auferebant dissolutionẽ tangentiũ dicentes eam quæ uideẗ sectionẽ. Et ꝑpter hoc neq; ex uno multa fieri dicebant. Non enĩ diuidi atomũ, neq; ex multis unũ ẽm ueritatẽ cõtinuũ, sed cõplectione atomorũ unũquodq; unũ uideri fieri dixerũt. Cõplicationẽ autẽ Abderitę uocabãt permutationẽ sicut Democritus. Cum dixisset autẽ ꝙ neq; ut alterari quidã dicũt rationabilia quę accidunt, & exponens opinionem ipsorũ intermedie unã interposuit causam, q̃re nõ sunt rõnabilia quę accidunt. Modo enim quodã/ait/& hi omnia entia faciunt numeros & ex numeris. Si igitur hoc impossibile est nõ utiq; erunt rõnabilia quæ accidunt sermoni ipsorũ. Modo autem quodã numeros dixit atomos, qa unitatibus assimilanẗ atomi, & quia nõ diuiduntur, sicut neq; unitates. Et quia neq; ex atomis uacuo distinctis fit aliquid cõtinuum, sicut neq; ex unitatibus, nam illas uacuo determinari aiunt Pythagorici. illud autẽ, modo quodã, apponiẗ, quia aliq̃ diuersitas est assequentiũ incõuenientium his qui ex atomis, & his q ex numeris generãt. Nã ex incorporeis partibus corpora generare incõueniẽs exñs etiã dicẽtibus ex numeris fieri accidit. q aũt ex atomis generari aiunt, effugiunt.

Et adhuc

Et adhuc quoniã differunt corpora figuris, Infinitę aũt figurę: infinita & simplicia corpora aiũt esse. Qualis aũt vniuscuiusq; figura elementorũ nihil determinauerũt, sed solum igni sphęram assigna uerunt. Aerẽ autem & aquam, & alia magnitudine, & paruitate diuiserunt vt enim ipsorum natu/ram, velut pauspermam omnium elementorum.

Nec Alexander intellexit tanq̃ cõtradictioné quãdam ipsorum ad seipsos cõcludenté.s.dicentium principia atomos. Quia dicunt qdem fm figurã differre ab inuicem elementa, & nõ fm suppositũ. Si autẽ hoc palàm est, quot & quæ ex elementis fiunt fm figurã differrent abinuicem. Cõsequens igitur erat ipsis dicere quæ figuræ uniuscuiusq; elementorũ, & q̃ eorum sint q̃ generant ex ipsis, hi autẽ solius ignis & atomorum generantiũ ipsum dicebant figuram sphæricã esse, ꝓpter qđ & rõna/biliter ipsum penetrare & moueri, & mouere, & diuidere, & urere ea qbuscũq; appropinquerit pro/pter peripheriam & planitiẽ. Et adhuc propter paruitatẽ elementorũ ex qbus est. Nõ amplius uero aliquã figurã aeris, aut aq̃, aut terrę, aut horũ elemẽtorũ dicunt. Solũ.n. horũ differentiã q̃ fm magni/tudinem eorum q̃ ex ipsis elementis assignant ex minoribus qdem eisdem fm figurã aerẽ dicẽtes, ex maioribus aũt aquã, & ex adhuc maioribus terrã. nõ adhuc differentibus fm figurã, sed ex omnimo dis figuris & eisdem unoquoq; eorũ genito. Huic aũt/ait/ Alexãder cõsequens ipse quidẽ non appo/suit, erit autem utiq; hoc.s. si non fm figuram differentiã esse elñtorũ fm spẽm differẽtium ponerẽt, sed fm magnitudinẽ, aerem & aquã, & terram fm elñtorum magnitudinẽ solum differentia, nõ fm spẽm abinuicẽ differre necesse est. Alexãder qdem igiť tãq̃ pro redargutiõe, horũ pmissorũ & incon/ueniens assequẽs adduxit. Forte aũt & hoc adhuc tãq̃ opinionẽ ipsorũ explanãtia apposuit Aristo. si/mul quidem cãm dicẽs. Quare fm numerũ infinitos atomos dicant. quia.n. ait/figuris differũt, infini tẽ autẽ figuræ, ꝓpter hoc ĩfinita simplicia corpora dicebãt. Qualis autẽ & q̃ figura elñtorum genera/tiuorum uniuscuiusq; corporis nõ adhuc determinauerũt nisi solũ in igne. Aerẽ aũt & aquã & alia generari ex elementis dicebãt, figuras quidem easdem hñtibus, magnitudine autẽ solũ & paruitate differentibus. Principiũ autem ɔtradictionis ad opinionem hãc ɔsequenter facit decens. Primũ qdem igitur & his peccatum & ꝓxime expositis partibus opinionis assequẽtia inconneniẽtia non præter/misit Aristo. ut putauit Alexander, sed quartam contradictionem illam adduxit cuius principium, simul autem & contraria dicere ipsos sibiipsis necesse est. Com.37.

Primũ qdem igitur idem & his peccatũ nõ finita sumere principia habituris eadem omnia dicere. Adhuc autẽ si nõ infinitę corporũ vel figurę differentię, palã quia nõ erunt elemẽta infinita. Adhuc autẽ necesse oppugnare mathematicas scientias, indiuisibilia corpora dicentes, & multa ꝓbabilium & apparentiũ scđm sensum interimere. De qbus dictũ est primũ in his quę de tẽpore & motu. Simul au tem & cõtraria dicere ipsos sibiipsis necesse. Impossibile enĩ indiuisibilibus elementis, magnitudine & paruitate differre aerẽ & terrã & aquã. Non enĩ possibile ex inuicẽ fieri, deficient enĩ semꝑ maxima corpora segregata. Aiunt autem sic fieri aquam, & aerem, & terram ex inuicem.

Exposita opinione dicẽtiũ atomos elemẽta, duabus ad ipsos ɔtradictionibus utitur sicut & aduer sus eos qui similaritates dicebãt usus fuit. Prima quidẽ igiť dicente peccare ipsos si potẽtes ex finitis principiis talia assignare, ĩfinita supponũt. Secũdo si nõ infinitę corporũ differentiæ fm quas differũt abinuicẽ, neq; elñta utiq; erũt infinita specie. At uero primũ, ergo scđm, & ɔuictum quidem palã est. Siquidem ex elementis differentiæ cõpositis quę fm spẽm insint. Quòd aũt non sunt infinitę corpo rum q̃ fm spẽm differentiæ pspicuũ est. Si uere sensibiles qdem sunt, ut ostẽsum est in septimo de na turali auditu, sensibiles autẽ differentiæ finitę sunt, ut in libro de sensibus & sensibilibus ostenditur. Alexã. uero hoc, si nõ ĩfinitę corporũ differentiæ tãq̃ de elñtis dictum intelligit, ꝓpter quod/ait/sic di/ctũ esse tãq̃ nõ sufficiat fm figuras differẽtia, dñam elñtorum facere, sed solum differentiæ suppetũt quæ fm sensibilia pñt efficere hoc, aut qa neq; figuræ ĩfinitę fm q̃s aiũt differre elñta ut ostẽdet. For te aũt ut dictũ est magis ĩtelligẽdũ est ꝙ si nõ infinitę cõpositorũ fm spẽm differentiæ sunt, neq; ele menta infinita fm speciem sunt. Nam ratio hæc fm speciem infinitatem, sed non eam quæ secũdum numerũ est tollit. Tertiũ autẽ ipsis ꝓpriũ iam adducit.s. oppugnare mathematicis sciẽtiis ĩdiuidua corpora dicẽtes. Nullum enim cõtinuum fm mathematicos ĩdiuisibile est, sed in ĩfinitum est omnis magnitudo diuisibilis. Si igiť & cõtinuitatẽ interimũt, hi & sectionẽ corporum in ĩfinitum, & sectio/nem totalr̃ & sensum & cõsensum. Qũo enim utiq; cõsentiet passionem q̃ in pede est corporibus nõ unitis. Quomõ etiam ex ĩdiuisibilibus & impartibilibus generabitur aliquid diuisibile & partibile. Com.38.

Sed hoc quidẽ in his q̃ de naturali auditu/redarguit q̃ de tempore dicit nunc & motu,& alia aũt oĩa probabilia existentia,partim qdem tanquã certissimę sciæ,partim aũt tanq̃ scd̃m sensum euidẽtia uisi sunt adimere incõuenientes uidebunt crassis ingenio uiris,etiam īterimetur fm ipsos corpus,secus positio enim solum est corporũ. Quartã aũt instantiã iam adducit ad illum obuiãs sermonẽ dicentẽ. Aerem aũt & aquã & alia magnitudine & paruitate atomorũ abĩuicem ipsa differre, necesse est ipsos dicere cõtraria sibiipsis,non enim cõcordant hæc adinuicem. Si enim ex aqua terrã dicunt generari, his quæ in aquis maxime segregatis. Quoniam possibile quandoq; ab aqua omnibus maximis segregatis, & ab aere similiter deficere maximorum segregationem. Deficiet & terrę ab aqua,& aquæ ab aere generatio. Vt si sit aliqua aqua, à qua non possibile sit terram generari & aerem ex quo non adhuc aqua generabiť utiq;.Contraria igiť dicũt ipsi sibiipsis,& ex inuicem dicentes hæc generari & differre magnitudine & paruitate eľntorum. Si autem minima q̃ segreganť deficiunt,non adhuc à terra aqua,neq; ab aqua aer generabiť.Equidem & oẽm partẽ aquæ in aerem transmutari uidemus,& oẽm partem aeris in aquã.Si autem ignis ex solis sphęricis cõponitur,alia autem ex oĩbus, neq; aliud aliquid ex igne generabiť,neq; ex aliis semper ignis.

Adhuc neq; scd̃m horũ suspitionẽ videbitur vtiq; infinita fieri elemẽta,siquidẽ corpora differũt figuris,figuræ autẽ omnes componuntur ex pyramidibus,rectilineæ quidem ex rectilineis.Sphæra autem ex octo partibus,necesse enim esse aliqua principia figurarum.Quare siue vnum,siue duo, siue plura & simplicia corpora tanta erunt multitudine.

Cõm.39. Sicut fm Anaxagorę opionem nõ erat necesse dicere infinita eľnta. Siquidẽ dicebant passionibus abinuicem differre similaritates.Ostenduntť autem passiões fm sensus finite,quo pacto,neq; fm hos necesse principia dicere infinita.Si enim ,ppter hoc dicebant infinitos eẽ atomos,quia figuris differũt, figuræ aũt sunt infinitę.Si ostendatur aliq̃ ratio q; primæ corporũ figurę determinatę & finitæ sunt, palàm q; principia corporũ determinata erunt.Quòd igiť figurę cõpositæ ex figuris simplicibus determinatis cõponuntur,ostendit eo q; oẽs compositæ corporum figurę cõponunť ex pyramidibus. Sicut enim in planis oẽ rectilineum planum in trigona diuidiť,& ex trigonis cõstituiť,qa simplicissima & principalissima planarũ figurarũ ẽ trigonũ,sic oẽ ex rectilineis planis finitũ solidũ in pyramides resoluiť,& est simplicissimũ in solidis & principalissimũ pyramis,& ex hac cõponũtur & in hanc diuiduntur rectilineæ solidæ figurę. Sed hoc quidẽ palã est,& q; necesse cõpositarũ figurarũ principia esse.Qualiter aũt sphęrã cõponi ex octo partibus/ait/diuinatione uere indiguerũt expositores. Bene autem(ut existimo)notauit Alexã.q; oĩa corpora ex pyramidibus cõponi/ait.Rectilinea qdem ex rectilineis:sphærã autẽ ex octo pyramidibus hñtibus sphęricas bases.si enim sphæram hę secauerimus in duo orizonte circulo & per id qđ fm uirtutẽ sphęræ duos circulos descripserimus maxĩes ad rectos angulos secãtes inuicem & orizontẽ æq̃noctiali & meridiano ,pportionatos in octo æq̃les portiones diuidať sphęra,harum autẽ unaquæq; est pyramis ex trigonis,æquicruriis quidẽ his q̃ apud centrum sphæræ sunt,basem aũt hñtibus trigonum isopleurũ.Si igiť bases hæ sphæricã superficiẽ accipiãt,ex octo talibus pyramidibus cõponitur sphæra.Et ,ppter hoc cũ dixisset Arist.q; rectilinea corporea ex rectilineis pyramidibus cõposita sphęram ex octo partibus pyramidalibus componi/ait. Quæ quidẽ neq; rectilinea simplr̃,neq; peripheriales lineæ dici possunt,neq; ,pprie pyramides,& ,ppter hoc isinuauit eam q̃ à pyramidalibus figuris & sphæræ ɔsistentiam.Ex octo aũt partibus dixit, neq; rectilineis,neq; sphæricis apponẽdo.His autem adiecit necesse esse q̃dam principia figurarum q̃ sunt in ipsis,hæc quidem simplicia,hęc autem cõposita.In hñtibus autem sic,simplicia sunt pricipia compositorũ,ut sit unũ principiũ figurarum pyramis,siue duo,siue plura ostendanť necesse tot eẽ multitudine prima corpora & nõ infinita.Hoc aũt,siue duo,siue plura apposuit ut/ait/Alexan.quia non uidetur ipsi pyramis simplicior figura eẽ q̃ sphæra,neq;.n.circulo trigonũ. Demõstrant aũt hæc fm spẽm finita corpora prima,& fm numerũ necesse finita esse.Si.n.sit spẽrũ numerus īfinitus,erũt quæ sub aliis spẽbus extra infinitum,qđ est impossibile,nã infinito non est prius aliquid.

Adhuc autẽ si vnicuiq; quidẽ elemẽtorũ est aliqs ,pprius motus,& qui simplicis corporis simplex. Non sunt autẽ simplices motus infiniti,,ppter neq; simplices lationes plures eẽ duabus,neq; loca infinita eẽ nõ vtiq; erũt,neq; sic infinita elementa.Quoniã autẽ necesse finita esse elementa restat cõsiderare vtrũ plura erũt,aut nõ.Quidã enĩ vnũ solũ supponunt,& horũ hi qdẽ aquã,hi aũt aerẽ,hi aũt ignẽ.Hi aũt aquã qdem subtilius,aere aũt spissius quod cõtineret aiunt omnes cœlos infinitũ ens.

Euersis

Euersis p multa argumēta sermonibus supponētibus īfinita multitudīe prīcipia corporū, siue similaritates, ut Anaxagoras, siue atomos, ut q circa Democritū, deinceps cōtra argumētās ostēdit q nō est posse infinita esse simplicia corpora, à motibus ostēdit, ut in prīcipio primi libri. Si autem hoc neq elnta, nā elemēta simplicia sunt, cū sint īdiuisibilia in altera spē. Deniq cū simplicia corpora sm naturam sunt simplicibus motibus mota; quot sunt simplices motus sm spēm necesse tot eē, & simplicia corpora. Si igit nō infiniti simplices motus qui sub luna, neq plures duobus. Siquidē latiōes corporum simplices duæ uident, hæc quidē sursum, hæc autē deorsum, & loca ad q̄ motus simplices non infinita, sed duo qui sursum, & qui deorsum, nō utiq erunt īfinita spē elementa, sed duo solū quod graue, & qđ leue. Ostēso aūt q nō est possibile infinita principia corporū: & q necesse est finita eē, siquidē simplices motus finiti sunt, trāsit ad dicentes unū elntum. Et cū essent plures alius aliud aliqđ hoc unū supposuit. Thales quidē Milesius & Hippon aquā, qm̄ ex aqua spermata aīalium uidebant & alimenta aīalium & plātarum. Anaximādrus autē Thalis cōciuis & socius indeterminatū quoddā aqua quidē subtilius, aere autem spissius, ,ppterea q subiectum oportet eē bene aptum ad transitionem ad utrāq partē. Infinitum autē primus supposuit ut hret uti, & ad generationes sine defectu, & mundos etiā infinitos iste asseruit, & unūquēq mundorum ex īfinito tali elemento supposuit ut uidetur. Anaximenes.n.socius Anaximandri & cōciuis quidē infinitum & ipse supposuit prīcipium, non tamen adhuc indeterminatum. Aerem.n.dicebat esse putans sufficere talem aeris facilem alterationē ad trāsmutationē. Idē aūt Diogenes Apolloniates supposuit. Hippasus aūt & Metapōtinus, & Heraclitus Ephesius dicebāt ignem principiū ad actiuā facultatem ignis respicientes.

Quicūq; qdem igitur vnū hoc faciunt aerē, aut aquā, aut aqua qdem subtilius, aere autē spissius, deinde ex hoc spissitudine, & raritate alia generāt, isti latent ipsi seipsos aliud aliqd prius elemēto facientes. Est eni quę qdem ex elementis generatio, cōpositio vt aiunt, quę autē ad elemēta resolutio. Itaq; necesse prius esse natura qđ magis subtiliū partiū. Quoniā igitur aiunt omnium corporum quod partium subtilissimarum esse. primum vtiq, erit natura ignis, differt autem nihil. Necesse enim vnum aliquod aliorum esse primum & non medium.

Ad primos obuiat qui ponebāt media elnta aquā & aerem & intermediū horū, ut habeant raritate & spissitudine alia ex elnto generare, raritate qdem subtiliora, spissitudine spissiora. Dicit igitur ad hos q latent isti seipsos dicentes corpus aliquod prius elnto esse, hoc aūt incōueniens est. Nihil enim possibile est esse prius elnto, quod aūt hoc patiātur, palàm est si uere inspissatio qdem cōpositio est, rarefactio aūt dissolutio. Dicunt aūt compōne quidem q̄ ex elntis est generari, dissolōne autem elnta ex cōpositis. Quæcūq.n.rarefactione fiunt ex eo quod dicit ab ipsis elntū dissolōne fiunt. Dissolutio autem ad elnta resolutio est. quare rarefacto subtilius & prius est qđ ex rarefactiōe fit, nō enim utiq subtiliora cōpositione fiunt, sed resolōne. Resolutio autē elementū, & est ratio talis. quia rarefit resoluitur, & quod resoluit in elntū resoluitur. q̄re subtiliora corporū, priora etiam sm ipsos erunt & elementa magis. Siquidē quod subtilius ex dissolōne fit elntum. Si igitur ignem cōfitentur subtiliorē intermediis & rarefactione generari ipm ex ītermediis. ignis ergo magis erit elntum scdm ipsos. Nihil autem/ait/differt etsi nō ignis sit primum, neq subtilius secūdum ipsos. Nam & sic assequitur aliud aliquid dicere ipsos subtilius, & magis elementum ad quod resolutio fit suppositi ab ipsis elementi medii existentis & rarefactione secūdum ipsos resoluti ad subtilius. Quęcūq igitur rarefactione fiūt, hæc magis sunt elementa. Cōm.41.

Adhuc aūt spissitudine qdem & raritate alia generare nihil differt q̄ subtilitate & grossitie. Subtile qdem eni rarum, grossum aūt volunt esse spissum. Iterū aūt subtilitate & grossitie idē qđ & magnitudine & paruitate. Subtile qdem enim qđ paruarū partiū. grossum aūt qđ magnarū partiū. Qđ enim extensum in multū subtile, tale aūt qđ ex paruis partibus cōstans. Itaq; ipsis accidit magnitudine & paruitate diuidere aliorū substantiā. Sic autē determinatis omnia accidet dicere ad aliquid & non erit simpliciter, hoc qdem ignis, hoc autē aqua, hoc autē aer. Sed idem ad hoc quidē ignis, ad aliquid autem aliud aer qđ accidit. & plura quidē elementa dicentibus, magnitudine aūt & paruitate differre dicentibus. Quoniā eni quāto determinatū est vnūquodq erit aliqua ratio adinuicem magnitudinum. quare habentia hanc rationem adinuicem, necesse hoc quidem aerē esse, hoc aūt ignem, hoc autem aquā propter inesse in maioribus minorum rationes.

Com.42. Et hoc argumẽtum adducit his qui à mediis raritate & spiſſitudine alia generãt. Et oſtendit aſſe quens ipſis incõueniẽs eſſe, ſed omnia q̃ generanť ab eo qđ apud ipſos elementũ eſt dicere illud eſſe ad aliqd & nõ eẽ ẽm ſe, hoc qdem ignem, hoc autẽ aquã, hoc autem aerem. Qđ autẽ hoc accidat ipſis ratiocinať ſic. Raritate & ſpiſſitudine alia generare nihil differt, aut ſubtilitate & groſſitie, ſi uere quidem rarum ſubtile eſt, qđ autẽ ſpiſſum groſſum, groſſitie autẽ & ſubtilitate differentias generatorũ determinare idem eſt, ac ſi determinãt magnitudine & paruitate. Et ꝑpter quid apponit, ſubtile quidem eſt qđ paruarũ partiũ eſt, groſſum autẽ qđ magnarũ partium. Nam ſuperextenſum ait ad multum ſubtile eſt tanq̃ nõ multã ſubam habens in eodẽ loco. Tale aũt qđ ex puis partibus cõſiſtit. Hoc autem dicentibus ipſis accidit magnitudine & paruitate determinare aliorũ ſubam eorũ, uidelicet q̃ ex elemento generanť. Si igitur magnũ & paruũ ad aliquid ut in pdicamẽtis determinatũ eſt, quis in mathematica, ẽm quantũ ipſam cõſiderans ſub pdicamento quantitatis reducat, accidet ſic determinantibus omnia q̃ generanť dicere ad aliquid, & nõ erit ſimplr, hoc qdem ignis, hoc autẽ aq̃, hoc autem aer, ſed idem ad hoc qdem ignis, ad aliud autẽ aer. Si enĩ aqua tanto maior ſit aere, quanto minor terra aq̃ eſt: erit ut qdem ad terrã aqua, ut autẽ ad aerẽ terra, & iterũ ſi tanto ignem ſupexcedit quanto minor ſit ab aqua, ad aquã quidẽ aer erit, ad ignem autem aqua. Et iterũ ſi aer tãto minor ſit aqua quãtum ipſo ignis erit, ut ad illud ignis aer exñs ut ſubtilius ipſo corpus. ſ. ignem. Sic idẽ ſimul aqua & aer erit, nõ enĩ determinabãt, ait, qa qđ ex tanto elemẽto aer, & ex tãto elemẽto aq̃, ſed in maiori & minori eſſe tanto alicui. In hoc ponebãt factã ipſis adinuicẽ differentiã eorum q̃ ex elementis. Deinde iam cõicat opinionẽ ipſorũ his qui circa Democritũ qui ſupponebãt infinita principia & paruitate & magnitudine atomorũ, differentiã generatorũ ex ipſis effici dicẽtes, ut dictũ eſt paulo ante. Terram enĩ & aquã, & aerem ſic dicebant differre adinuicẽ, & hoc quidẽ ex maioribus, hoc aũt ex minoribus eiſdem cõponiť. Dicit aũt ꝙ & his idem ſequiť. quoniã enim magnitudine & paruitate elementa dicunt differre abinuicem, magnitudines ipſorũ in rõne aliq̃ erunt adinuicẽ. Si igitur ꝑpter eam q̃ adinuicem rõnem magnitudinũ elementorũ & exceſſum tantũ, hoc quidẽ terra eſt, hoc autẽ aqua, hoc autem aer quocũqꝫ ſit corpus ad aliud corpus in exceſſu in quo terræ elemẽta ad elemẽta aquæ, erit hoc quidẽ terra, hoc autem aqua. Quare etſi aquæ elementa tanto excedunt elemẽta aeris quantũ excedunť ab elñtis terræ, erũt aqua qdem terra, & aer aq̃ adiuicẽ, ſilr & in aliis. Poteſt aũt, ait, nõ in Democriti opinionẽ hæc dicere, ſed ad dicentes q̃tuor qdem eſſe elemẽta, differre autẽ ipſa adinuicem magnitudine & paruitate. Et forte habet hoc aliq̃ rõnem ſi qui circa Democritũ qdem ignẽ nõ magnitudine ſolũ, ſed & figura differre ab aliis dicunt. Ariſtoteles autẽ cõmunẽ rationẽ facit etiã de igne, hoc aũt qa inſunt in maioribus minorũ rõnes obſcuritatẽ quãdã hẽre, ait, Alex. Erit aũt utiqꝫ qđ diciť tale, ꝑpterea ꝙ maiora qbuſdã exiſtentia habent ad alia aliq̃ minorũ rationẽ. Sic enim habẽtia ẽm qđ qdem ad aliq̃ maiorũ rationẽ habent erunt aliq̃ maiorũ ut ad illa, ẽm qđ autem iterũ rationem minorũ erunt iterũ, ut ad illa minorũ aliqua. Sicq; idem ad aliud quidẽ aqua erit, ad aliud autẽ terra. Patet aũt, ait, & tale aliquid p hanc literã ꝑponi, quoniã in maiori minus cõprehendiť. Eſt enĩ maius tantũ quantũ minus & adhuc. Minus aũt tantũ huius, & tantũ alicuius eẽ eſt in alio aliquo eẽ corpore, idẽ ſimul corpus ambas habebit utiqꝫ rõnes, eã q̃ maioris, & eã q̃ mioris. Si aũt ãbas rõnes & ambo utiqꝫ erit corpa. Quare qđ maius & ex maioribus corpus erit, & ſimul ex minoribus. Terra ergo ſimul terra & aqua, & iterũ aqua & aqua, & aer, & aer, aer & ignis. Quare terra ẽm eam q̃ in ipſa partiũ eſt habitudinẽ adinuicẽ omnia erit. Cõtinet enim eo ꝙ ex maioribus ſint, minorũ rationes & poſſibile eſt partes ex ipſa auferre in quacũqꝫ qs uoluerit ꝑportione. Aut hoc in maioribus, ait, in exiſtere minorũ rationes, nõ de omnibus dictum eſt maioribus, ſed de aliis excluſa terra ut ſit quod diciť, ꝑpterea ꝙ maiora qbuſdam aliis ſunt minora, & ꝑpter hoc maiorum rõnes habent. Aqua enĩ ad terrã qdem minorẽ rationem habet, ad aerẽ autem maiorẽ & aer ad ignẽ qdem maiorem, ad aquã autẽ minorẽ, terra uero ad omnia maiorẽ, & ignis minorem. Eo igiť ꝙ hęc & maiores rationes habẽt, & minores erunt ad aliqd. Ad aerẽ qdem aquã terra erit, maiorẽ enim rationẽ habet. ad terrã autẽ aq̃ minorem enĩ rationẽ habet ad hanc. Iterũ aer ut qdem ad ignẽ terra utiqꝫ, aut aq̃ erit, ad aquã autem aer aut ignis, & aſſumpta terra, etſi maior aq̃ ſit, tamẽ aliq̃ alia terra minor erit, & tanto quãto hæc erat, maior q̃ aqua. Sic aũt hñs aqua ſimul erit etiã terra. Hanc Alexãdri ſuis uerbis ꝑpoſui expoſitionem ꝑpter eos q plus me, ut ueriſimile eſt, poſſunt ex ipſo Ariſtotelis dicto intelligere. Nam mihi ui detur extortũ argumentũ. Etſi enĩ magnũ & paruũ ſint ad aliqd, non adhuc & ea qbus inſunt hæc ſunt ad aliqd, q̃uis enim amicus ſit, ad aliqd tamẽ homo cui ineſt amicum eſſe, nõ eſt ad aliquid, & dualitas quãtum excedit unitatẽ tantũ excediť à ternario. & tamẽ nõ eſt dualitas ad ternariũ unitas. Quare etſi aqua tanto minor ſit aere quãto terra minor, & ẽm qđ maius & minus ad aliquid ſit, ſed non adhuc eſt, ut ad aerẽ terra, neqꝫ aer ut ad aquã ignis, quãuis tanto minor ſit aq̃ quãto aere ignis.

Quãuis

Quāuis enim ſm quod maius & minus ad aliquid ſit, ſed nō adhuc ſm quod aqua & aer. Quāuis enim ut dicit Alexāder in maiori & minori eē tanto alicui ponāt differentiā,non iam ꝓpter hoc,& ea quibus inſunt maius & minus tm̄ alicuius eſſe, ad aliqd ſunt. Quāuis enim dualitas determinata ſit eo ꝙ unitate maior ſit q̄ unitas,& minor ternario. Et illud quidē in fine dictū ꝙ ſumpta terra etſi ſit maior aqua,tamē alia aliqua terra minor erit,& tanto quāto hæc erat maior q̄ aqua. Sic aūt habēs aq̄ ſimul erit,& terra ipſa accepta maiori q̄ aqua,& nō elntis terræ exiſtentibus maioribus q̄ elnta aquę. Quia aūt utiq; habebit rōnem ſi ſumpta pars terrę eſt quidē maior aliqua parte aquę,minor autem aliqua parte terræ,ꝓpter hoc aquam ſimul & terram idem eſſe contingit.

Quicūq; autē ignē ſupponunt elementū,hoc qdem fugiunt,alia autē ipſis neceſſariū irrationabilia accidere. Hi quidē enī ipſorū figurā coaptant igni queadmodū pyramidē facientes. Et horū hi qdem ſimplicius dicentes,quoniā figurarū maxime ſecatiua pyramis,corporū autē ignis. Hi autē decentius rationi adducentes ꝙ corpora qdem omnia cōponuntur ex eo ꝙ ſubtiliſſimarū partium,figurę autē quę ſolidę,ex pyramidibus. Itaq; quoniā corporū qdem ignis ſubtiliſſimū, Figurarū autē pyramis ſubtiliſſima & prima,prima autē figurarū primi corporis pyramis vtiq; erit ignis.

Cum dixiſſet aduerſus eos qui aliqđ mediorū elntorū ponebant,& raritate & ſpiſſitudine ex hoc alia generabant,tranſit ad eos qui ſubtiliſſimū de q̄tuor ſ. ignem elntum dicebant. Quorū erat Hippaſus Metapontinus ſimul & Heraclitus Epheſius,iſti igiť ait, Facere qdem in habitudine, & in ad aliquid elnta fugiunt & eē ſm ipſos elnti elementa. Alia autē aliqua incōuenientia ipſis adducit diuidens primo ipſorū opiōnes. Hi quidē enim ipſorū figurā adaptāt igni quē elntum ponunt,iſti ſphęram illi pyramidem figurā dicentes. Dicentium aūt ſphærā non meminit nunc. Alii autē figuram quidem nullam adaptāt,ſubtiliſſimū autem ſolū faciunt. Diuidit aūt & eos qui figurā pyramidē ponūt. tanq̄ eos qui ſimpicius dicūt ad quos primo obuiat,& in eos q decētius rōni adaptant,& ſubtiliſſimū ſolum faciūt. Dicit igiť ad ſimpliciores quos famoſius ſimpliciores uocāt,quia a ſylogiſtica & inutili ratione utūtur ex duabus affirmatiuis in ſcđa figura ſic ſyllogiſmū faciētes/ignis maxime ſectiuus, pyramis maxime ſectiua.ignis ergo pyramis. Similes aūt his ſunt ut/ait/ Alexander & qui dicūt ignē in multiplici analogia,quia & ignis & multiplicationis analogia augenť cito. Forte autē poſſibile eſt in prima figura ſyllogiſmū cōcludi ſic. Pyramis figurarū maxime ſectiua ɔueniens eſt maxīe ſectiuo corporū,tale aūt ignis eſt pyramis,ergo cōueniens igni. Si autem ſyllogiſmus recte concludit,ſimplitius utiq; dicet dicere ipſos,ut ad eos qui conſequēter cōparans quos decentius rōni adaptātes dixit. Quia prius honeſtatis laudatisq; quibuſdam naturalibus ſyllogiſmū ſic artificialiorē faciunt. Præaccipiunt enim ꝙ corpora cōponūtur ex ſubtiliſſimo,nā quod ſubtiliſſimum ſimpliciſſimū,ex ſimplici autem cōpoſita,ſm quod figuræ ſolidę oēs ex pyramidibus cōponunť. Quare pyramis utiq; erit prima & ſubtiliſſima figurarū. Et tertium quod poſterius poſuit.ſ.primā figuram primi corporis eē. His igiť poſitis ꝙ ignis ſit pyramis,ſic rōcinanť. Ignis eſt corporū ſubtiliſſimū & primū, ſubtiliſſima & prima figurarū,figuratū eſt,talis autē pyramis. Ignis ergo pyramis ſm figurā. Quærere aūt oportet cuius ſit hæc opinio q̄ ignem pyramidem dicit,qa primū corporū eſt/Heraclitus qdem enim qui elementū aliorū dicit ignem,nō dicit pyramidē eſſe ignem. Pythagorici autem ex pyramidibus componi ignem dicentes non dicunt ignem aliorum elementorum. Siquidem & ipſum dicunt ex aere generari,ſicut & ex igne aerem & aquam. Com.43.

Hi autem de figura quidem nihil enuntiant,ſubtiliſſimarū autem partium ſolum faciunt, deinde ex hoc compoſito aiunt fieri alia,ſicut vtiq; qui ex coadnato fruſticulo.

Euerſa opinione dicētium ignem eſſe pyramidem,his qdem ſimplicius hoc,his autē diligentius rōcinātibus:cōſequenter narrat eos qui figurā quidem nullā aſſignāt,ſubtiliſſimarū autē partiū ſolum dicentes ignem,deinde ex hoc cōpoſito generari alia,ſicut ex arena ſcobeq; aurea aurum cōflata & cōpacta Coeunte.n.& inſpiſſato igne groſſiora ex ipſo generari,ſed nō cōmixto aliquo ſibi. Videtur aūt mihi/ait/Alexāder per hoc exēplum incōueniētiā opinionis tradere,ut enim in cōflato auri arena,groſſius quidem aliquod corpus ex ipſa ſit aurum quidem,& ipm ſic,& ex igne ſi hoc modo fiant groſſiora corpora. Ignis utiq; erunt,& ipſa groſſitie & magnitudine ſolum differentia. Com.44.

Vtriſq; autē eadē accident difficilia. Si enī indiuiſibile primū corpus faciunt: iterū venient prius dictę rationes ad hanc ſuppoſitionē, adhuc nō cōtingit hoc dicere volentibus naturaliter cōſiderare.

Si enĩ omne corpus corpori cõparabile ſcdm quantũ, habent autẽ ꝓportionaliter magnitudines quę ſimilium partiũ adinuicem, & quę elementorum puta quę omnis aquę ad omnem aerem & elementi ad elementũ: ſimiliter autẽ & in alijs: Aer autẽ plus aqua & totaliter quod ſubtilius groſſiori: manifeſtũ quoniã & elementũ minus erit qđ aquę q̃ aeris. Si igitur maior magnitudo exiſtit in maiori, diuiſibile vtiq; erit aeris elementũ. Similiter autẽ & qđ ignis & totaliter qui ſubtiliorũ partiũ. Si autẽ diuiſibile figurantibus quidẽ ignem accidet non eſſe ignis partem ignem propter non componi pyramidem ex pyramidibus. Adhuc autem non omne corpus eſſe, aut elementum, aut ex elementis. Pars enim ignis neq; ignis, neq; alterum elementum nullum.

Com. 45. Et figurantibus, ait, ignem & infiguratũ dicẽtibus eadẽ, ait, accidũt difficilia ſi ipm primum oĩum faciunt. Ad putantes enim ipm atomũ ſiue figuram hñtem, ſiue infiguratũ dicemus q̃ ad eos qui ex atomis oĩa faciunt. ſ. oppugnare mathematicis diſciplinis dicẽtes atomã aliquã magnitudinẽ & mõ quodam ex numeris, aut ex unitatibus alia generare, & quæcũq; alia aduerſus illos dixit. Atomum aũt dicit qđ, ut ĩpartibile. Qđ aũt nõ cõtigit atomũ dicere elñtũ, & ex atomis facere naturaliũ corporũ generationẽ naturalr̃ dicẽtẽ oñdit naturalr̃ ſic. Si corporũ elñta corpa ſunt & ipſa, & oẽ corpus ei corpori cõparabile ſm quãtum eo ꝙ nullũ ſit infinitũ corpus, erunt utiq; & homœomera ueluti aer totus, aqua tota, terra ignis tota, & hæc cõparabilia adinuicẽ. Et quã rõnem habent ipſa adinuicẽ magnitudinis, hãc eãdem & elementa habebunt adinuicẽ exiſtentia & ipſa talis naturæ, hñt autẽ ſic corpora hæc adiuicem. Subtilius ipſorũ maiorem molem habet q̃ quod groſſiorũ partiũ, & ad plus extendit̃ aq̃ quidẽ q̃ terra, aer autem q̃ aq̃ & ignis q̃ aer. Palàm autẽ hoc ſic ſe habẽs, & ex ipſorũ trãſmutatione inuicem. Nam ex minori ſm molem aq̃ factus aer amplior fit & in aliis eodẽ mõ & elñta ergo ſubtiliorum partiũ. Etenim ipſa talia exiſtẽtia talium generatiua. ignis ergo elñtum maius mole erit elñtis aeris. Si autem maius nõ ergo eſt ĩdiuiſibile. Nam maius aliquo ipmq́, habet quo maius eſt & exceſſiuũ ipſius. Diuidit̃ ergo in ęq̃le & exceſſum ipſ[illegible] diuiſibile ergo elñtum ignis. Dubitabit autem utiq; quis qũo prius qdem cum dixiſſet. Subtile q[illegible]em eſſe qđ paruarũ partium, groſſum aũt qđ magnarum partiũ: & Alex. exponens hęc ut ſic, ait, qđ qdem ex duplo q̃ aer oſtans aq̃, qđ autẽ ex triplo terra: qũo igit̃ ex prius dictis nunc, ait, ꝙ elñtum minus eſt qđ aq̃ q̃ quod aeris? Forte igit̃ ibi qdam aquã dicebat maiorũ partiũ q̃ aerem, qa in eadem mole maiorẽ ſubam hñt groſſiora & ſpiſſiora ſubtilioribus & rarioribus. Hic aũt minus quod aq̃ q̃ qđ aeris dicit, quia eadem eſſentia exiſtente magis ↄtractum eſt groſſius & ſubtilius ſubtiliori & rariori, ut manifeſtat ex pauca aq̃ generatio multi aeris. Notat autẽ bene Alex. quia oſtẽſum eſt in his ab Ariſto. ſ. nõ eſſe ĩdiuiduũ ignis elñtũ ad dicentes qdem principia naturalium corporũ atomos, aut plana, ↄgruet utiq;. Ad dicẽtes autẽ ignem elñtum de quo ſermo erat, qũo utiq; congruet. Et ſoluit ĩſtantiã dicens ꝙ & his utiq; accidet ſi dicãt parua q̃dam eſſe ignea elñta ignis & hæc incorruptibilia. Nã qui apud nos ignis eſt corrũpi uidetur. Oportet autem elñtũ ĩcorruptibile eſſe. Sunt igit̃ & ignis elñta q̃dam, ſed ſi hoc, ſunt autẽ & eorum, quæ ex igne generant̃ elñta q̃dam ſm ignis alterationem & trãſmutationem facta habebunt utiq; ꝓportionem ignis elñta aliorum adinuicẽ, quã etiã hñt q̃ ex ipſis fiunt. Sic poſuit & ignis elñtũ in maiori mole q̃ elñta illorum. Si autẽ hoc, & diuiſibile ut oſtẽſum eſt. Quòd autẽ in oĩmoda ignis ſuppoſitione hoc oſtendit ↄſequentia ĩſinuant ad priora aſſignata. Cum dixiſſet. n. ſiqdẽ. n. ĩdiuiduũ primum corpus faciunt & circũducẽs ad cõtrarium aliqđ hanc ſuppõnem & oſtẽſo ꝙ neceſſe eſt diuiſibile eſſe, adiungit. Si autẽ diuiſibile ignis elñtum qđ qdem oſtẽſum eſt, figurãtibus qdem ipm pyramide, accidet ignis partem nõ eſſe ignem qđ qdem incõueniens eſt. Homœomerum. n. uidet̃ ignis ſequit̃ autem hoc. Si pyramis qdem figura ignis, diuiſibilis autẽ ut oſtẽſum eſt, pyramidis autem ptes ambę non pyramides etſi altera aliqñ pyramis fiat, fiunt igit̃ partes ignis, nõ ignis. Siquidẽ hñdo pyramidalem figurã erat ipſi igni eſſe. Scdm autem ĩcõueniens adducit figurãtibus ignem. ſ. nõ oẽ corpus aut elñtum eſſe aut ex elñtis, quod qdem uere incõueniens eſt. Hoc autẽ accidit, qa pars pyramidis neq; pyramis eſt, ut elñtum ſit, neq; ex pyramidibus ut ex elñtis. Si igit̃ pyramis ignis, ps ignis, neq; ignis eſt. qa non pyramis, neq; alterum elñtum nullũ uelut aer, aut aq̃, aut terra. Elñta. n. ſimplicia hæc corpora dicit. Et ſi horũ quidẽ unũquodq; ex cõpoſitione ignis generabit̃, pyramidis autem pars ignis particula eſt, & aliter aũt incõueniens utiq; eſſet ignis particulã aerem dicere, aut aquam, aut terrã. Erunt. n. ſic partes elemẽti q̃ generant̃ ex elemẽto. Si aũt dicat aliquis partẽ pyramidis etſi non pyramis ſit, tamen cõponi ex pyramidibus, eo ꝙ oĩs ſolida figura in pyramides diuidat̃. Figurã autem aliquã hr̃e & partem pyramidis eſſe, ꝓpter hoc aliquod aliorũ corporum eorũ quæ ex igne erit ſm

erit ẜm ipſos magnitudo ſimplicis elementi compoſita & non exiſtens pyramis ex pyramidibus cõponetur. Adhuc autem/ait/Alexã. in infinitum ſectio erit, ſi pyramis quidem ſimplicis exiſtentis ps compoſita fuerit, compoſiti autem iterum pars pyramis ſimplex exiſtẽs, & pyramidis pars iterũ ẜm ipſos compoſita eſt, ſi uero hæc, nullum utiq; erit elementum.

Magnitudine autẽ determinantibus plus aliquid elemento elementum eſſe, & hoc in infinitum ire. Siquidem omne corpus diuiſibile etiã qđ minimarũ partiũ elementum. Adhuc autem & his accidit dicere quod idem, ad hęc quidem ignis eſt, ad aliud autem aer, & iterum aqua & terra.

Poſt figurãtes pyramide ignẽ, aut etiam ſphæra, eędẽ enim ɔgruebãt rationes, tranſiuit ad eos qui magnitudine determinabant, & ꝓpter hoc elñtum dicentes, quia ſubtiliſſimũ & minimarũ partium eſt, aliorum eẽ. Et dicit ꝙ magnitudine determinãtibus accidit aliqđ prius elñto elemẽtũ eſſe. & hoc in infinitũ ire. Qualiter aũt hoc ſequiť breuiter oſtendit dicens Si oẽ corpus diuiſibile & ꝙ minimarum partiũ ꝓpter hoc elñtum eſt, eſt aũt diuiſibile in ptes, pars minor exiſtens, prior utiq; ipſo erit & iterum partis pars. Siquidẽ oẽ corpus diuiſibile, & hoc in ĩfinitum, aufereť ergo oẽ quod ſupponitur elñtum ꝓpter ly micromeres. i. paruarũ partium, ſi quod paruũ in minora diuidiť. Attendere autem oportet ꝙ tranſſumere ſubtile in paruũ, & quod ſubtiliũ partiũ in id qđ paruarum partium aſſecutũ eſt hoc incõueniẽs. Quòd autẽ prius oñdit accidere ĩcõueniens magnitudine & paruitate elemẽtorum differentiã corporũ determinãtibus/ut qui circa Democritũ tria aerem/& aquã/& terrã/ paruitate elñtorum ſimilis figurę exiſtẽtium differre dicebãt idem & his accidere/ait. Erat autẽ incõueniens illud. ſ. ſuiipſorũ natura nõ eſſe elñta quod uere ſunt, ſed in habitudine adinuicem eſſe, hñe, hoc igiť incõueniens eſt. Et dicentibus ignẽ elñtum eſſe ꝓpterea ꝙ ſubtiliũ partium eſt accidere/ait/ Nam idem corpus exiſtens qdẽ minimarũ partiũ iſto, illo aũt maiorũ partium, ad hoc quidẽ aer erit, ad illud autẽ aq̃ aut terra. Qm̃ enim ignis eo ꝙ ſubtilius fit aere elñtum eſt ipſius & exceſſus quẽ habet ẜm ſubtilitatẽ in aliq̃ ꝓportione eſt, qñ hunc exceſſum ẜm ſubtilitatẽ aer ad aliud aliqđ habuerit, erit elñtum illius & ignis, ut ad illud ſi igni eẽ erat in tanto ſubtilius eſſe, eadẽ ratio & in aliis. Com. 46.

Cõmune autẽ omnibus peccatũ vnũ elementũ ſupponentibus, vnũ ſolum motũ facere naturalẽ & omnium eundẽ. Videmus enim omne naturale corpus motus habens principiũ. Si igitur omnia corpora vnũ aliquid ſunt, omniũ vtiq; erit vnus motus & hoc neceſſariũ, quãto quidẽ vtiq; plus fiat moueri magis. Quẽadmodũ & ignis quanto qdem vtiq; maior fiat fertur velocius ſurſum ea quę ipſius latione, accidit autẽ multa deorſum ferri velocius. Itaq; propter hęc quoniã determinatum eſt prius, quoniam plures naturales motus, palàm quia impoſsibile vnum eſſe elementum. Quoniam autem neq; infinita neq; vnum neceſſe plura eſſe & finita.

Cum dixiſſet prius aduerſus dicẽtes unũ aliqđ intermediorũ elñtorum/aut aquã/aut aerẽ/aut intermedium: deinde & aduerſus eos qui ignẽ elñtum dicebãt cõmune oĩbus: nunc inconueniens adducit dicentibus unũ elñtum. ſ. unũ oĩum motum ẜm naturam facere & oĩum eũdem. Omnia enim illo mouebũtur motu qui ꝓprius elñti eſt ex quo cõſiſtentiã hñt. Quoniã igiť uidemus oẽ naturale corpus motus principiũ habẽs ſi oĩa corpora unũ aliqd ſunt ẜm ꝙ ex uno à quo & principiũ motus & oĩum utiq; erit unus motus ſpecie, differentiã autem eſſe ẜm magis & minus quę accidit eo ei qđ eſt plus & minus. Sicut & ignis quanto utiq; amplior fuerit, fertur citius ſurſum ſua latione. Et ſiquidem ignis ſolus eſſet elñtum omnia utiq; ẜm naturam ferrentur, hæc qdem citius, hæc autẽ tardius. Nunc autẽ & deorſum feruntť aliqua, & ꝙ non ꝑter naturã neq; hæc, inſinuat illa particula cõtextus & in his, ſicut & in igne maiorẽ citius ferri deorſum. Et quidẽ ſi ui ferrenť qđ maius tardius & non uelocius fereť. Deinde cõcludens itaq;/ait/ ꝓpter hæc q̃cũq; ad dicentes elñtũ unũ dicta ſunt, ſiue mediorum aliqđ, ſiue ignem, & quæcũq; cõmuniter ad dicẽtes unum elñtum. Et etiã/ait/ qm̃ determinatum eſt prius ꝙ plures naturales motus impoſſe eſt unum elñtum hñe, hoc aũt qđ ex ſimplicibus motibus argumentũ cõmune erat oſtendens quot ſunt elñta, & ꝙ neq; infinita neq; unũ. Exiſtentibus. n. ſimplicibus motibus, & neq; uno, neq; infinitis, ſed pluribus qdẽ uno/finitis autẽ quoniã ſimplices motus ſimpliciũ corporũ ſunt: & quot ſimplices motus tot ſimplicia corpora: ſimplicia autẽ corpora elñta: palã ꝙ ex motibus uerum dicere ꝙ impoſſe eſt unum eſſe elñtum, ſicut & infinita. Nã & hoc per rationẽ motuum interemptũ eſt, & per alia multa argumẽta. Qm̃ igitur neq; infinita aut neq; unum, eſſe autem oportet penitus elementa: neceſſe ipſa plura eſſe & finita. Com. 47.

Cōſiderandū aūt primo vtrū ęterna(alia's)ſempiterna ſunt,aut generata corrūpuntur. Hoc enī oſtenſo manifeſtū & q quędam & qualia ſunt. Sempiterna quidē igitur eē impoßibile. Videmus enim & ignē & aquā & vnūquodq; ſimpliciū corporū diſſolutū. Neceſſe autē aut īfinitā eſſe/aut ſtare diſſolutionem. Si quidē igitur infinita erit & tēpus reſolutionis infinitū,& iterū cōpoſitionis. Vnaquęq; enim in alio tempore diſſoluitur & componitur partiū. Quare accidet extra infinitum tempus aliud eſſe infinitum,cum illud quod compoſitionis infinitum ſit & adhuc prius hoc quod diſſolutionis. Quare extra infinitum fieri infinitum quod quidem impoßibile.

Com.48. Poſtquā oſtendit q neq; infinita poſſibile eſt eſſe elementa neq; unum, et poſtq̄ concluſit ex hoc q plura ipſa neceſſe eſt eē & finita:cōſequens erat inquirere quot & qualia. Sed ipſe prius,ait,oporte re cōſiderare utrū æterna ſint,aut generanť & corrūpūtur. Hoc.n. oſtenſo manifeſtū erit,& quot & qualia ſunt. Oſtendit igiť cōſequenter q nō ſint æterna,hoc mō ſumens tāq euidens q oia mota nobis ſub luna corpora & cōpoſita & ſimplicia q̄ ex ſimplicibus motibus īuenit,uidenť diſſolui & corrumpi & magis cōpoſita q̄ ſimplicia his modis ſm quos poſſibile erat,& q̄ diſſoluunť ſimplicia æterna eſſe exponit,ut hos cū argueret habeat nō eſſe æterna. Merito aūt notorum ſimpliciora eligens in his facit ſermonem,tāq in his elnta debeant inueniri,niſi forte q in principio uideať ſumere nōdum oſtēſo quot & quæ ſint elnta. Idem autem dicere ſimplicia corpora. Dicit igitur q ſi diſſolui uidenť ſimplicia corpora ſi debeant ſic ſe habentia,æternum aliquod habere in ipſis,ſicut cōuenit elementū eſſe. Neceſſe autem in infinitum procedere diſſolutionem ita ut nunquàm ſint diſſoluta, aut ſtare & ceſſare diſſolutionem nōdum diſſoluto toto,ſm utrūq; enim horū modorū poſſibile eſt,& ſi nō totum,ſed partē aliquā ſubmanere æternā. Si igiť neq; ad īfinitum poſſibile eſt ipſa diſſolui,neq; deſinere ad aliquod indiſſolutū diſſolōnem,palā q non erunt ęterna. Et q quidē non ad infinitū ipſorū diſſolutio oſtēdit paccipiens quod in tēpore diſſoluiť & cōponitur. Nā & cōponi uidentur, nō enim poſſibile idem ſm idē ſufferre ambo,& q quātum eſt diſſolōnis tēporis,tm̄ utiq; ſit & plus quod cōpoſitionis. Laborioſior enim ubiq; compoſitio diſſolōne. His aūt pacceptis accidet extra īfinitū tempus aliud eſſe īfinitum,quod qdem eſt impoſſe. Neq; enim finitū extra infinitū poſſibile eſſe neq; infinitum unāquāq; autem partiū dixit,quia ptes totius ſunt hæc q̄tuor elnta. Dubitat aūt Alexāder ppter quid aliud tēpus erit cōpoſitionis,pōt enim ī eodem tēpore alterius quidē diſſolō fieri, alterius autem cōpoſitio,ueluti aeris diſſolō & ignis generatio. Nam idē quidem ſimul diſſolui & componi impoſſibile eſt ſm idem,ſm aliud tamē diſſolui, & ſm aliud cōponi nihil phibet. Et ſoluit dubitationem dicens. Si & unūquodq; ipſorū in aliqua diſſoluiť & ex aliquibus generať,erit utiq; q̄ ad infinitū uniuſcuiuſq; ipſorū diſſolō ad īfinitū iterū alterius ꝯpoſitio illis ipſis ad q̄ diſſoluiť unius & cōpoſitis iterū. Si igiť ad īfinitū diſſolō ignis,qn̄ aūt diſſoluiť ignis tūc nō generať neq; cōponiť ī alio utiq; erit cōſiſtens & facta nō in quo diſſoluiť. Iſtud aūt infinitum extra tēpus infinitum,ergo & tēpus in quo cōſtituiť ignis:& qm̄ in minori tempore generať,quia corrūpitur īfinitum,ppter quod corruptionis infinitū utiq; erit, & quod cōpoſitionis ipſius. Si autem dicat aliquis in eadē infinitate temporis,hoc quidem ignis generari,hoc autē corrūpi,& genitū iterū corrūpi & aliud generari,ſicut ueritas ſe habet. Talis ſuppoſitio nihil ignis æternū ſeruat.

Si autē ſtabit alicubi diſſolutio/aut indiuiſibile erit corpus in quo ſtatur/aut diuiſibile qdem/non tamē diuidēdū nunq̄. Quēadmodū Empedocles videtur dicere. Indiuiſibile quidē igitur nō erit ppter prius dictas rōnes. At vero neq; diuiſibile qdem,nunq̄ aūt diſſoluendū. Minus enī corpus maiori facilius corruptibile. Siquidē igitur & qđ multū corrūpitur ſcđm hanc corruptionē,vt corrūpatur in minora. Adhuc magis hoc pati ratiōabile minus. Duobus autem modis videmus corrūpi ignē. A contrario enim corrūpitur extinctū,& ipſum in ſeipſo marceſcens. Hoc aūt patitur minus à pluri & velocius quāto vtiq; ſit minus. Itaq; neceſſe corruptibilia & generabilia eſſe elementa corporum.

Com.49. Alterum modū æternitatis elntorum cum interemiſſet.ſ.ſm diſſolui ad īfinitū,ad alterū trāſiuit ſupponētem ſtare alicubi diſſolōnē. Et oſtendit q impoſſe eſt ſtare qđ non adhuc diſſoluať. Si.n.ſtat aut indiuiſibile aliquid eſt hoc in qđ ſtat,aut diuiſibile quidē,nō diuidendū autē,hoc eſt non corrūpendū,ſicut Empedocles,ait. Iſte.n. diuiſibilia quidē,ait,elnta. Non.n.atomos principia ſupponit iſte, ut qui circa Democritum,ſed itranſmutabilia in inuicē & incorruptibilia q̄tuor elnta inſtituit,quia cōem materiā ipſorū non ſinit. Eam autē quæ ex inuicē uideť generatio ſm ſegregationē fieri dicit,

oĩa.n.in oĩbus inexiſtere ſm actũ exiſtẽtia. Sed indiuiſibile qdem impoſſe eſt eſſe hoc ad qđ ſtat diuiſio corporũ, ut Democritus dicebat. Oſtenſum eſt.n. ꝙ nõ eſt poſſibile ex indiuiſibilibus corpora cõponi, neq;.n.cõtinuum aliqđ erit neq; diuiſio neq; cõſenſus neq; contẽperantia. Oſtenſum eſt aũt & ꝙ nullum corpus eſt indiuiſibile. At uero neq; diuiſibile quidem eſſe poſſibile eſt ad qđ ſtat diſſolutio, non diuidendũ autem. In oĩbus.n.corporibus uidemus ꝙ minus maiori ſi ſit homœomerum & eiuſdem naturæ facilius corruptibile eſt. Si igiẗ maius corrũpiẗ in diſſolõne, ut ignis, & aer, & unũquodq; aliorũ, uideẗ multo rationabilius qđ minus facile poſſibile exiſtens. quare neq; ad diuiſibile ſtabit diſſolutio, ꝙ aũt minus ſit facilius corruptibile, in exemplo ignis oſtẽdit. Duobus.n.exiſtentibus modis ſm quos corrũpiẗ ignis à cõtrario.ſ.extinctus & à ſeipſo marceſcens. In utriſq; minus facilius paſſibile eſt & facilius corruptibile. Erit aũt utiq; per hoc ꝙ ſunt duo modi corruptiõis ignis, & hoc ipm manifeſtatũ.ſ.ꝙ corrumpiẗ ignis, & minus ampliori eſt facilius corruptibile. Qđ autem de igne dictum eſt & de aliis intelligendũ. Si igiẗ neq; ad infinitum ipſorum diſſolutio, neq; adhuc deſinet alicubi in ea quæ nõ adhuc diſſolueñẗ, relinquiẗ corruptibilia & generabilia eſſe eĩnta corporum. Quatuor autem hæc ꝑpoſuit corpora nõ qđ in principio petens ut utiq; aliquis ſuſpicabiẗ, ſed à ſimplicibus motibus inuenta ſimplicia corpora eligens. Quęrit ſi hæc aut in his aliquid eſt æternum, ubi enim utiq; eſſent alibi motorum.

Qm̃ aũt ſunt generabilia / aut ex nõ corpore / aut ex corpore / aut ex alio / aut ex inuicẽ. Ex nõ corpore qdem igitur generãs ſermo facit vacuũ. Omne enim qđ fit / aut incorporeum erit in quo generatio / aut habebit corpus, duo ſimul erunt corpora in eodem, qđ qdem factũ, & qđ pręexiſtẽs. Si aũt ſine corpore neceſſe vacuũ eſſe ſeparatum, hoc ꝙ impoßibile oſtenſum eſt prius.

OTAM Intentionẽ in tractatione de Cœlo Aristoteles instituẽs docere de simplicibus in mũdo corporibus, primũ quidem totũ Librum cõmuniter de circulariter mobili & cœlesti corpore fecit. Secũdum autẽ de partibus cœli, de totalioribus, dico aũt de sphæris, & de partialioribus, hoc est de astris in ipsis. In tertio aũt iã de his quæ sub luna simplicibus corporibus: quæ recti motus sunt cũ ꝓposuisset dicere quæ & elemẽta semp sunt. Et ostenso ꝙ neq; infinita multitudine, neq; unũ sunt hæc, sed finita qdem, uno autem plura. Et ꝙ nõ æterna, sed generabilia & corruptibilia, & ꝙ generatio ipsis non ex nõ corpore, neq; ex alio corpore, sed ex inuicem, nõ segregatione, neq; dissolõne in plana, sed ẜm qualitates triplr cõsideratas, aut ẜm uirtutem operatiuã, aut ẜm operationẽ quæ ẜm uirtutem, aut ẜm passionem quæ ẜm uirtutem per operationẽ imprimit patienti. Merito de uirtute & opatiõe & passione his quæ ẜm qualitates dixit oportere inquirere, tãquã ex his cognituris nobis modum generationis ex inuicẽ, ex modo aũt quot & quæ sint elemẽta inueniẽtibus, sicut autẽ primũ simpliciũ corporum à circulari motu inuenit sic reliqua inuestigat à motu ẜm rectam. Cõuenit.n. naturali à motibus inuenire naturales res, qa natura principiũ motus est. Quoniã igitur qui ẜm rectam naturalis motus ẜm uirtutem grauis & leuis inest corporibus naturalibus, de graui & leui primo intẽdit inquirere tãq̃ ẜm hæc maxime specificatis his quæ sub luna simplicibus corporibus super rectã motis & generabilibus & generationem ex inuicẽ hñtibus, q̃uis sint multæ & aliæ uirtutes in ipsis & passiones & opationes, etenim ẜm caliditatẽ & siccitatẽ, & raritatẽ, & his cõtraria, & alia talia. Quidam autẽ dictę sermonũ cõsequentiæ non attẽdentes refutare hũc librum ausi fuerũt tãq̃ non cõueniẽtẽ intẽtionibus de cœlo. sed si forte his quæ de generatione & corruptione cõuenit, dictũ est autẽ ꝙ his quæ sub luna simplicibus corporibus cõuenientissimũ qđ graue & leue, & etiã quod cœlestibus nõ cõuenit: hæc diligẽtius sciemus nunc, ꝓpter qđ & ipse ẜm principia primi libri oportet/ait/supponi, qđ dicemus graue & leue. Nũc qdem sufficienter ad p̃sentem opportunitatem, diligentius autẽ iterum quãdo cõsiderabimus de substãtia ipsorũ ad hos sermones referens. Diuidens igit in pricipio qđ simpliciter graue & leue, & quæ ad inuicem dicunt, & differẽtiam ipsorũ tradens, deinceps eas de graui & leui opiniones priorũ narrat, & ostendit ꝙ nullus illorũ de simpliciter graui & leui sermonem fecit, sed de his quæ ad alterũ. Et tertiũ sibi caplm est in quo determinat ꝓpter quid, hæc qdẽ sursum ferunt, hæc aũt deorsum corporũ semper ẜm naturã, hæc autẽ sursum & deorsum. Cõmunem autẽ causam cum assignasset, in quarto iam caplo differentiam tradit extremorũ elemẽtorũ, hoc est ignis & terræ ad aerem & aquã. Quinto ꝙ simplr quidem graue terra, simpliciter autẽ leue ignis ostẽdit supposito ꝙ determinatũ sit medium. Sexto ostendit ꝙ mediũ est determinatũ, ex hoc autẽ ꝙ & extremum, & ꝓpter hæc extrema elemẽtorũ simpliciter leue, & simplr graue sunt, idem autem dicere, ignis & terra. Septimo ꝙ sunt & intermedia aer & aqua, quorũ utrũq; sic quidem leue, sic autẽ graue est. Octauo ꝙ ignis qdem nullatenus habet grauitatẽ, terra autẽ nullatenus habet leuitatem, media aũt in suis qdẽ locis & in locis suppositorũ, grauitatẽ qdẽ habent, leuitatem autẽ nõ hñt. Nono ꝙ quatuor elñta propriis differentiis materiæ differunt & non componũtur media ex extremis.

INCIPIT LIBER QVARTVS.



E graui autem & leui quid est vtrũq;, & q̃ natura ipsorum cõsiderandũ, & ꝓpter quã causam habent virtutes has. Est enim quę de ipsis cõtemplatio his qui de motu sermonibus ꝓpria. Graue enim & leue impoßibile moueri physice aliqualiter dicimus. Actibus autẽ nomina ipsorũ nõ ponuntur, nisi siquis putet inclinationẽ esse tale: ꝓpter au-

tem physicũ quidẽ esse negociũ de motu. Hęc autẽ habere in seipsis, velut quędã suscitiua motus. Omnes quidẽ vtuntur virtutibus ipsorum, tamẽ non determinauerunt præter pauca. Videntes igitur primum ab alijs dicta, & disquirentes quęcunq; ad considerationem hanc diuidere necessarium, sic & quod videtur nobis, dicamus de ipsis.

Com. p^m.



RAVITAS & leuitas sunt aliis qualitatibus cõuenientiores naturalibus corporibus, quia ſm has naturales motus fiũt ſm quas specificãtur naturalia corpora. Necessarius autẽ & aliter est de his sermo, qa per ipsa in pcedẽtibus ostẽdit ipse eẽ ex pũctis & lineis & planis generationẽ naturaliũ corporũ eẽ, si necesse qdẽ unũqdq; naturaliũ corporum aut graue, aut leue esse. Nihil autẽ põt ex illis tale fieri. Oñdit aũt & q nullũ est possibile moueri corpus sup rectã nõ hñs grauitatẽ aut leuitatẽ, sed & i primo libro his usus fuit. Et cœlũ cũ ondisset leuitate, aut grauitate exẽptũ, & q nõ est ifinitũ corpus p hoc ostẽdit. Sępe igit cũ usus fuisset ipsis merito, & ,ppter hoc diligẽtem sermonem de his facit, nunc ad hoc ipm reponẽs tempus. Et alter aũt necessarius de ipsis sermo, eo q uarie opinant naturales de ipsis, & nõ cõsonos inuicem de his tradũt sermones. Ipse autẽ adhęrentiorẽ assignãs causam opportunitatis huius sermonis, qa quæ de ipsis theoria cõueniens est sermonibus de motu, ut qdẽ Alex. dicit, quia naturalium motus est principium. Naturalis autem facultas est. Forte autem promptius est dicere q ex motibus, & ea quæ sub lunam inueniunt simplicia corpora sicut & cœleste. Quærit autem quid est utrũq;, & quæ natura ipsorũ quęrere iubens. Graue autem & leue corpora dicit grauitatem & leuitatem habentia, quæ uirtutes uocat, propter quod & adiecit. ⁊ Et propter quam causam grauia & leuia uirtutes habent has. Hoc autem in his quæ de generatione & corruptione assignabit, sicut etiam quæ de aliis passionibus, & de materia generationis ex inuicem quatuor elementorũ dicunt, partim q de cõtinuo, partim autẽ distincto existẽte tractatu illo. Adhuc qđ autẽ cõuenienter se haberet ad motũ graue & leue ostẽdit, per hoc q graue & leue nõ aliud aliquid dicunt, sed ſm q hoc quidẽ ad medium mouet, hoc autẽ à medio. Notauit autẽ bene q q̃ quidẽ participãt graue & leue uocant, & uirtutes grauitas & leuitas, opatiõibus aũt nõ iacẽt noia, ut i caliditate calefactio, opatio, & in ędificatiua ædificatio, nisi siqs/ait/ putet inclinationem cõi nomine significare grauitatis & leuitatis opationem. Quoniã autem/ait/ naturalis quidẽ facultas circa motũ est, principiũ autem motus natura, & principiũ sicut in moueri cõsideratum. Graue aũt & leue corpus ſm q talia habent q̃dam uitæ epyreumata .s. grauitatẽ & leuitatem, motus principia existentia, uita enĩ q̃dam est natura cõstantibus motus principiũ ut ipse in aliis dixit. ,ppter hoc naturales omnes utunt qdem uirtutibus grauiũ & leuium, hoc est grauitate & leuitate, nõ tñ determinauerũt de istis exceptis paucis q̃ sunt uirtutes, & ,ppter quã causam uirtutes has habent naturalia corpora. Si autẽ has uirtutes dicit leuitatem & grauitatem & nõ corpora, illud habere pro esse, dictũ est, quia hæc suscitãtia q̃dam motus sunt in habentibus. Quare etsi de corporibus dictum est illud, hæc, siue de uirtutibus illud, excitãtia, uirtutes sunt. Manifestat autẽ & qđ adiũctũ est, quia omnes utunt uirtutibus ipsorũ ut sit ratio talis. Naturalis facultas circa motus principium, nam circa naturã, q̃ est motus principiũ. Motus autẽ principiũ & excitatiuũ grauitas & leuitas. Naturalis ergo facultas circa grauitatem & leuitatem erit & naturales de his dicent. Si igit & necessaria naturalibus q̃ de his theoria, & nõ pfecte determinauerũt de ipsis, opportunus erit de ipsis sermo. Vidẽtes igitur/ait/ primo sicut nobis est consuetudo quæ ab aliis de ipsis dicta, & ex diuisione eis quæ ad sermonem dubitationibus expositis sic & quod uidetur nobis de ipsis dicamus.

Dicitur itaq; hoc qdem simpliciter graue & leue, hoc aũt ad alterũ. Habentiũ enim grauitatẽ dicimus, hoc qdem esse leuius, hoc aũt grauius, puta ligno/ęs. De simpliciter qdẽ igitur dictis, nihil dictũ est à prioribus, sed de his quę ad alterũ. Non enim dicũt, quid est graue, & quid leue, sed quid grauius & quid leuius in habentibus grauitatẽ. Magis aũt erit manifestũ qđ dicitur sic. Hęc qdem enim semp nata sunt à medio ferri, hęc aũt semp ad medium. Horũ aũt qđ quidẽ à medio fertur sursum dico ferri, deorsum aũt qđ ad mediũ. Incõueniens enĩ nõ putare esse aliquid in cœlo, hoc qdem sursum, hoc aũt deorsum, quẽadmodũ qdãm dignificant. Non enim esse hoc quidẽ sursum, hoc autẽ deorsum dicũt. Siqdem ad oẽm partẽ simile est & vndiq; antipos erit ambulãs vnusquisq; ipse ipsi. Nos aũt totius extremum sursum dicimus, qđ & scdm positionẽ est sursum & natura primũ. Quoniã aũt est aliquid cœli extremũ & medium, palã q erit & sursum & deorsum sicut & multi aiunt, veruntamẽ nõ sufficienter. Huius aũt causa, quia putant nõ simile esse vndiq; cœlũ, sed vnũ esse solũ qđ super nos hemi

sphærium

spherium. Quoniã coexistimãtes, & in circuitu tale, & mediũ similiter habere ad omne, hoc qdem sursum dicent esse, iqđ autẽ mediũ deorsum. Simpliciter quidẽ igitur leue dicimus qđ sursum fertur & ad extremũ. Graue autẽ qđ simpliciter deorsum & ad mediũ, ad aliud autẽ leue & leuius qđ duorũ habentium grauitatem & molem ęqualem deorsum fertur alterũ natura velocius.

Diuidit primo graue & leue in ea q̃ simpliciter dicũtur talia, & in ea q̃ ad alterum quæ fm cõparationem dicũtur, ut quádo ambobus hñtibus grauitaté & ære, & ligno, hoc quidé grauius dicimus s. æs, hoc auté leuius. s. lignũ. Ad cõparationem utiq; grauioris leuius dicentes, quãuis fm se grauitatem habens. Diuisis auté sic de simplr quidé grauibus & leuibus nihil dictum eé à prioribus, ait, sed de solis his q̃ ad alterũ. Non enim qd est graue & quid leue dicũt, sic enim utiq; quod simplr assignabant, sed quid grauius & leuius ambo in hñtibus grauitatem cõsiderantes, & hoc sibiipsis ɔsequẽter. Quoniam oé corpus grauitaté habere putabát, aliud aũt alio grauius tanq̃ magis subsidens, & quod minus graue leuius uocabát rarius existẽs & supernatás, & quod maxíe rarum leue. Volens aũt ostẽdere q alia quidé quæ simplr grauia & leuia, alia aũt quę fm comparationé, & q̃ utraq;, & q de his q̃ simpliciter nihil dixerũt priores. De solis his q̃ ad alterũ ex euidétia accipit, q hæc qdem corporũ semper nata sunt à medio ferri, hæc aũt semper ad mediũ, & hoc qdem euidés & cõis confessio. Quæ aũt deinceps iam tãquá sibi uisa, nunc qdem ꝓnuntiat, posterius aũt & demõstrare conabitur. His enim ait, dictis, q̃ quidé à medio ferunt sursum dicimus nos ferri, deorsum auté quæ ad mediũ. Et simplr quidem leue dicimus quod sursum fert & ad extremũ. Graue aũt simplr quod simpliciter deorsum & ad mediũ. Ad aliud aũt leue, ait, qđ & leuius uocat, hoc est quod duobus habétibus grauitaté uel magis leuitaté, & molibus existétibus æq̃libus alterũ citius altero sursum fert scđm naturá. Ipse auté leuius tanq̃ ad grauius dictũ assignauit, ut maius ad minus. Merito aũt apposuit hoc & molé ęq̃lem, si enim inęq̃les moles habeant, põt grauius aliquo sui natura nõ citius, sed tardius deorsum ferri ꝓpter minus eé. & sic neq; qđ suiipsius natura leuius, leuius erit. Quod qdem igit cõtinuũ sermonis tale est. Cum dixisset aũt quid quod sursum ipse putat & qd quod deorsum, ĩtermediæ ɔtradicit ad non putantes aliqd esse in mũdo, hoc qdem sursum, hoc auté deorsum. Huius aũt fuerunt opĩonis Anaximádrus, & Democritus quia infinitũ supponebát uniuersum. In ĩfinito enim nihil est sursum, aut deorsum natura, termini enim hæc & ultima distensionũ. Alii aũt quorũ & qui apud Platonem Timæus ad qué maxíe conatur nõ uolunt in mũdo eé, hoc quidé sursum, hoc auté deorsum ꝓpter similitudiné. Siĺitudinis auté signũ dicebant posse fm omnes partes terræ antipodem aliqué sibiipsi fieri. Vbicũq; enim aliquis fuerit possibile est iterũ ad hũc locum antipodé fieri Quid igit magis qđ sub pedibus nostris deorsum oé est usq; ad cœlũ & quod sup caput sursum, aut quod apud antipodas. Si auté idé sursum & deorsum ꝓpter similitudiné nõ utiq; erit, hoc quidem aliqd sursum, hoc autem aliqd deorsum suiipsius natura determinate in mũdo. Illi quidé igit sic interimebát sursum & deorsum, nos auté, ait, qm̃ est mundi, hoc quidé extremũ, hoc aũt mediũ, quod qdem extremum sursum dicimus & positiõe sursum, eleuatũ. n. & natura primũ. Ná sursum ipso deorsum natura primũ sicut dextrum & sinistrũ. Qđ aũt mediũ, ait, deorsum dicimus, sicut & multi dicũt etsi deficiát à ueritate illi, nõ putantes sphæricũ esse cœlũ, sed solum qđ sup nos hemisphæriũ quod etiam uidet, tanquá siqdem simul intelligerẽt, & circulo tale esse, & mediũ similr habere ad oé, quod quidem extremum oé sursum dicerent eé, medium auté deorsum. Nunc enim neq; extremũ sciunt pfecte, neq; terram mediũ putát, quãuis deorsum dicentes ipsam. Si igit ꝓpter similitudiné non putabant in uniuerso eé sursum & deorsum, oía differétia extremi ad mediũ quid ꝓhibet, hoc qdem sursum eé, hoc autem deorsum. Hæc dicente Aristotele q quidé à cõsuetudine multorũ accepta sunt quá non uult alienare Aristo. palá ex dictis. Plato auté multorũ consuetudiné despiciens, sphærico existente mũdo non exigit, hoc quidé ipsius sursum dicere, hoc aũt deorsum. sed hoc quidé circũ, hoc auté medium Etenim q qdem circũ cõnuit ad mediũ, ut ad principiũ & circũdabit mediũ. Quod auté sursum ei quod deorsum cõtrariũ existens, nõ utiq; cõnuet ad cõtrariũ, sed à cõtrario magis utiq; mouebitur, fugit enim ipm̃ natura separatũ. Adhuc auté si sursum & deorsum plurimũ in longitudine distant. In sphæra aũt ultima diametri plurimá hñt distantiá, non utiq; erit quod qdem circũ sursum, quod autem mediũ deorsum. Totaliter aũt sursum & deorsum distensionis, quę fm rectũ sunt ultima, sed nõ sphæricæ. Propter qđ & ut ad nos ĩtelligit rectá hñtes figurá, & graue & leue, ut ad nos assignantes noíauerunt, graue quidé dicẽtes quod ad basem nostram ruit, leue aũt quod ad uerticem uadit. Et ipse aũt Aristoteles fm põnem sursum quod extremũ dicens, unde aliũde q̃ à cõparatiõe ad nos sic nominauit sicut & multi. Et natura aũt primũ non cogetur eé nisi quis mediũ deorsum ostenderit ens. etenim sufficit q circũ priori natura sicut fm aliud aliquid medio. Bene aũt utiq; habebit &

Com. 21.

Platonis ꝓponere literam in qua sursum & deorsum uniuersi abnegat. Nā uniuerso cœlo sphęrico existente, quæcūq; qdē distantia, æq̄liter à medio facta sunt extrema: simılr ipsa oportet extrema nata esse. mūdo itaq; sic apto nato, quid dictorū sursum quis aut deorsum ponens nō rōnabiliter uidebitur nihil cōueniēs nomē dicere? Nam medius quidē in ipso locus, neq; deorsum aptus natus, neq; sursum dici iustū, sed ipso medio. Hic aūt circū neq; utiq; medius, neq; hn̄s diuersam ptem ipsius alteram ab altera magis, ad mediū aūt aliquid eorū quæ è regione, eius autē quod simılr oīquaq; natum est, q̄lia quis ipsi inferens noīa cōtraria & q̄liter bene utiq; existimabiť dicere. Si enim aliquid & solidum sit ẜm mediū uniuersi æque resultans ad nihil utiq; unquā extremorū feretur, ꝓpter eam q̄ oīquaq; similitudinē ipsorū, sed etsi circa ipm̄ procedat quis, in circulo sæpe utiq; stans antipos, idem ipsius sursum & deorsum dicet. Hæc qdem igiť de eo qđ sursum & deorsum Platonis dogmata est. Grauitatem aūt oīa quidē elnta, ait, hr̄e, non sic autē tanquā oībus ad centrū motis & grauioribus quidem subsidētibus, minus aūt grauibus expulsis & supnatātibus illis, & ꝓpter hoc dictis leuibus, sed tanq̄ oībus eā qdem q̄ ad ꝓpriū locū lationē pp grauitatē hn̄tibus. Ducit. n. appetitus unūquodq; ad cognatū, deductio aūt p grauitatē, & q̄ in ꝓprio loco mansio, p hāc uirtutē existit, ꝓpter qđ & ignem grauē, ait, sicut & terrā. Et manere utrūq; in ꝓprio loco ꝓpter suiipsius grauitatē, abstrahi aūt ex ꝓprio ẜm quod leue est, ꝓpter qđ totis qdem grauitatē solum existere crediť, non enim exeunt ex ꝓpriis locis, neq; abstrahūtur. Partes autem habentes leuitatem scđm quā & ad ea quæ p̄ter naturā loca trāscindere nata sunt. Sicut autē Aristoteles à graui & leui sursum & deorsum determinauit, & ab his illa, sic etiā Plato ꝓpter eam q̄ circa graue & leue falsam opinionē sursum & deorsum in uniuerso falso existimari, ait. Scribit aūt ↄsequenter prius expositis hæc. totū qdem enim sicut dictū est, nunc utiq; sphæricū existens locum quēdā deorsum, hunc aūt sursum dicere, nō sapientis. Vnde aūt nominata sunt hæc, & in qbus entia cōsueta ꝓpter illa, & cœlum totū isti diuidentes dicere, hęc cōfitendū. Supponentibus aūt nobis hęc siquis in uniuerso loco ẜm quem natura ignis sortita est maxime ubi & plurimū utiq; cōgregatum erit ad qđ ferť uadens ad illud, & uirtutē ad hoc habens partes ignis auferens si stet ponens in lance leuās libram & ignem trahens in dissimilē aerem uim inferens, palā utiq; ꝙ minus maiori facilius uim patiť. Vis eni una alicui duorū simul eleuatorū, qđ qdem minus magis, qđ aūt plus minus, necesse qdem censum assequi ui. Et qđ qdem multum graue & deorsum motum uocari, qđ autē paruū leue & sursum. Idem itaq; hoc oportet uidere agentes nos circa hunc locum. Sup terrā enim ambulātes terrenis generibus distensi, & terrā aliquādo ipsam trahimus in dissimilē aerem ui & p̄ter naturā ambo à cognato retenta. Minus aūt facilius maiori uim inferētibus indissimile prius consequiť. Leue igitur ipsum p̄diximus, & locum in quē cogimus sursum, cōtrariū autem his passionem graue & deorsum. Deīde post pauca, cōcludens dicta adiungit. Hoc itaq; unū aliquid intelligendū de oībus ipsis ꝙ q̄ qdē ad cognatū uia singulis exn̄s graue quidē quod fertur facit. Locum autem in quem quod tale fertur deorsum. Quę autem his continua, alium & alium locum diuersa habitudine habent.

Eorum itaq; qui prius uenerunt ad eam quę de his cōsiderationē, ferè plurimi de sic grauibus & leuibus dixerūt solū. Quibuscūq; ambobus habētibus grauitatē alterū est leuius, sic aūt diuidētes putat determinatū esse & de simpliciter leui & graui. Sermo aūt ipsis nō cōgruit, palā autem erit hoc magis ꝓcedentibus. Dicunt enim leuius & grauius, hi qdem quēadmodū in Timęo existit scriptū. Grauius qdem qđ ex pluribus eisdem cōstans. Leuius autē qđ ex paucioribus, quēadmodū plumbū plumbo plus grauius, & ęs ęre. Similiter autē & aliorū q̄ eiusdem speciei vnūquodq;. In superabūdantia enim ęqualium partiū grauius vnūquodq; est. Eodem aūt modo & ligno plūbum aiunt: ex qbusdam enim eisdem esse omnia corpora, & vnius materię, sed nō videri. Sic autē determinatis nō est dictū de simpliciter graui & leui. Nunc eni ignis qdem semp leuis & sursum fertur, terra aūt & terrea omnia deorsum & ad mediū. Itaq; nō ꝓpter paucitatē triāgulorū ex qbus cōstare aiunt vnūquodq; ipsorum, ignis sursum ferri natus est. Qui enim plus minus vtiq; ferreretur & grauior vtiq; esset, ex pluribus ens trigonis, nunc aūt videtur cōtrarium. Quāto enim vtiq; sit plus leuior est & sursum fertur velocius, & à sursum autē deorsum paucus feretur citius ignis, multus aūt tardius. Ad hęc aūt quoniā pauciora qdem hn̄s homœogenea leuius esse dicūt, plura autē grauius. Aerem aūt & aquā & ignem ex eisdem esse triāgulis, sed differre paucitate & multitudine. ꝓpter qđ hoc qdem ipsorum esse leuius, hoc autem grauius. Erit aliqua multitudo aeris quę grauior aqua erit. Accidit autem totū cōtrarium. Semper

enim plus aer sursum fertur magis, & totaliter quęcunq; pars aeris sursum fertur ex aqua. Hi *quidem igitur hoc modo de leui & graui determinauerunt.*

Cum dixisset q̄ sunt simplr̄ grauia & leuia, & eá q̄ ad alterum dicunt: nunc tanq̄ manifestis adiūgit hoc qđ prius dixit ꝙ de his q̄ simplr̄ qdem nihil dictū est à prioribus, sed de his quæ ad alterum solum, q̄ quidem in grauitatē habentibus ɔsiderant ſm magis & minus, ut qđ minus graue leue & leuius dicat, sic autem ait. Qđ ad aliquid graue & ad aliquid leue diuidētes abinuicem, putant & de simplr̄ leuibus & grauibus determinasse, non tamen sermo qui de his q̄ ad alterū assignatus cōgruit his q̄ simplr̄ dicunt. Qđ qdem erit palā, opiniones autē ipsorū prius distinguens ptractat primo eam quæ in Timæo de his opinionē & plane ipsam exponens sic obuiat ad ipsam. Tribus enim elementis aqua, aere, igne, & determinatis ipsis figuris. s. icosaedro, octaedro, pyramide ex eodem trigono. s. scaleno cōsistentibus qđ ex pluribus eisdē trigonis cōstat, grauius esse dicunt, icosaedrū qdem. s. aq̄, octaedro. s. aere, hæc aūt pyramide & igne. Quare in excessu æq̄lium partiū grauius unūquodq; est ſm ipsos sicut plūbum plūbo & æs ære, qđ plus minori, & totalr̄ q̄ eiusdem speciei inuicem. Si igitur plūbum plūbo, maius minori grauius nō natura, sed magnitudine nō ɔgruet iste sermo simplr̄ graui & simplr̄ leui diuersam habentibus naturā. Sicut autē in his q̄ eiusdē speciei, sic & in his q̄ dissimilis speciei dicebant hr̄e grauius & leuius. Etenim ligno ęs grauius esse dicunt eo ꝙ plura habeat in se trigona. Omnia enim ex eisdem cōponi corpora, & ex una materia ea q̄ trigonorū est, etsi nō uideat sic in his q̄ dissilis speciei. Si autē sic determinātes nō dicunt de simplr̄ leui & graui, sed de eo qđ ad alterū. Videtur autē ignis, siue sit minor, siue sit maior sursum motus, & terra quātacūq; sit deorsum & ad mediū. q̄re est aliquid simplr̄ leue, & simplr̄ graue, & nō oīa ad alterū talia. Siquidē nō ꝑpter paucitatem trigonorū ignis sursum ferri natus est. Si enim hoc amplior ignis minus utiq; ferret sursum, & grauior eēt & ex pluribus exn̄s trigonis. Nūc autem uidetur cōtrariū, quāto enim utiq; fuerit amplior sursum fert citius & leuior est, & ēt si amplior grauior est, oportebat & desup detractū ampliorem ignem citius deorsum ferri siquidē grauior. Nunc autem non sic fit, sed paucus citius fertur deorsum, quia qđ paucū facilius uim patitur, qđ autē multum difficilius. Ostenso igitur sic in igne, & ab eo qui ſm naturā, & ab eo qui ꝑter naturā apparente simpliciū corporū motu, ꝙ nō oportet multitudie & paucitate cōpositorū graue & leue determinātes eo ꝙ q̄ ad alterū graue & leue posuerūt, neglexerunt ea q̄ simplr̄. Idem ostendit & ab aere, si enim qđ ex pluribus trigonis grauius erit, aliqua multitudo aeris, aliq̄ pauca grauior erit aqua. Decē enim octaedra duobus icosaedris hn̄t duplam multitudinē trigonorū. Accidit aūt nunc totū cōtrariū ut & in igne. Nam amplior aer nō solū grauior nō est pauca aqua, sed etiā magis leuior q̄ paucus, palā ex eo ꝙ amplior aer sursum fertur magis, qđ autē sursum fertur leue. Cum aūt dixisset ꝙ amplior aer sursum fertur magis adiunxit, & totaliter quæcūq; pars aeris sursum fertur ex aqua. Si enim quęcūq; pars aeris, siue maior, siue minor ad sursum aq̄ fertur, palā ꝙ natura leuis est aer, & nō ꝑpter paucitatē trigonorū aqua leuior. Attēdere aūt oportet ꝙ ignem & aerē simplr̄ leuia, aquā aūt grauē suis ipsius suppositionibus addictus conclusit Aristoteles. Nam sursum & deorsum ſm naturā determinās in uniuerso eo qui ad hæc motu leue à graui distinxit. Plato aūt nō multitudine & paucitate planorū, sic enī aqua grauior esset q̄ terra, si qđ qdem icosaedrū ex isopleuris trigonis uiginti constat, quorū unūqdq; q̄tuor cōstituit semitrigona. Sed q̄ qdem ad cognatū, ait, uia singulis exn̄s, graue qdem qđ fertur facit. Locum aūt in quē qđ tale fertur deorsum, q̄ autē his cōtinua alio & alio locant & mouent, hoc est q̄ non ad cognatū feruntur, neq; ad illud qđ appetunt, & ad qđ repunt, sed ad cōtrariū hęc leuia, & locus ad quē ferunt sursum. quare si quis uelit, & apud Platonē qđ simpliciter leue & qđ simpliciter determinatū inuenire in his quæ nunc ꝑposita sunt inueniet, non ea q̄ sursum & deorsum latione simplr̄ determinata, sed ea q̄ ad suū & ea q̄ ad alienū. Penes literā aūt Aristo. quādo dicit. Quoniā qđ qdē pauciora habet homœogenea leuius esse aiunt, quonia nō omnia ex trigonis eiusdem speciei componuntut, sed tria solum ignis, aer, aqua, propter quod, & in his maxime comparationem fecit. Com. 3m.

His *aūt nō sufficiens visum est sic distinguere, sed equidē existētes antiquiores ętatibus magis nouiter intellexerunt de nunc dictis. Videntur enī quędā mole quidē minora corpora, entia aūt grauiora.* Palā igitur *ꝙ nō sufficiēs dicere ex ęqualibus cōponi primis quę ęque grauia. Equalia enim vtiq; essent mole, prima autē & indiuisibilia superficies qdem dicentibus ex quibus cōstent grauitatē habentia corporū incōueniens dicere. His aūt qui solida magis cōtingit dicere, maius esse grauius ipsorum. Cōpositorū aūt quoniā nō videtur hunc vnūquodq; habere modū, sed multa grauiora videmus mino-*

ra mole entia, quēadmodū lana ęs, alterā causam putant & dicunt quidā. Vacuū eni interceptū alleuiare corpora aiunt & facere aliquādo maiora, multoties ex ęqualibus solidis, aut ex paucioribus, totaliter autē & omnis causam esse leuioris plus inesse vacuum. Dicunt qdem igitur hoc modo, necesse aūt apponere sic determinantibus nō solum vacuū habere plus si sit leuius, sed & solidū minus: ꝓpter hoc eni & ignem esse aiunt leuissimū, qa plurimū habet vacuū. Accidet igitur modico igne multū aurū plus habens vacuum esse leuius si nō & solidum habebit multuplum, quare hoc dicendum.

Cōm.4. Post eos qui multitudine, & paucitate planorum graue, & leue determināt trāsit ad eos qui circa Leucippū & Democritum grauedinis quidem soliditatem atomorū causam ponentes. Leuitatis autem uacui interceptionē, & dicit hos quāuis antiquiores extiterint magis nouiter intellexisse de propositis q̄ eos qui multitudine & paucitate planorum grauis & leuis differentiam assignant. Eqdem ꝙ magis nouum circūspectus & rectius est, & causam assignat pręhonorationis horum dicēs ꝙ uidentur quædam corporum mole quidem minora, grauiora aūt ut ęs & lana. Hoc autem his qdem qui multitudine & paucitate cōpositorum differētiam assignant aduersatur. Quæ.n.ex æqualibus multitudine & magnitudine fm ipsos æq̄lia existētia mole necesse est, & ęque grauia eē semper. Si.n. quę quidē ex pluribus grauiora, q̄ autē ex paucioribus leuiora palā ꝙ quę ex æq̄libus, & ęq̄ repentia utiq; erunt. Sunt autē & æq̄lis molis. quid enim utiq; erit faciēs differētiam magnitudinis. Si igitur quę ęq̄lis molis sunt ęque grauia scdm ipsos necesse est esse qūo cōsonabūt apparētibus, in qbus quędam corporum minora mole existētia grauiora sunt. Totaľr autem dicentibus quidē plana, quę prima & indiuisibilia, hoc est elementa quæ nō diuidunť in altera specie, ex quibus cōsistunt grauitatē habentia corporū, inconueniens dicere maius semper grauius esse. Ex nō grauibus enim planis non utiq; fient grauitatem habētia, ut dicebat in tertio libro. Dicētibus autem solida quæ prima ut his q circa Democritum, contingit dicere maius grauius esse. Corpora.n.existētia & ipsa ex quibus sunt, sed non plana inclinationem quādam haabent & ipsa. Sic quidem igiť qđ maiora grauiora sint, causam isti quidem consequenter sibiipsis assignabunt, illi autem nō. Quoniam autem non uideť corporum unūquodq; hūc habere modum ut maius semper grauius sit, sed multa grauiora uidemus minorē molem habētia sicut lana/ęs. Non adhuc atomos pro causa ponere possunt, propter illos eni quod maius grauius necesse esse, sed alteram causam dicūt. Nam uacuum iterceptum alleuiare corpora aiunt, & facere aliquando maiora leuiora, quia habētia amplius uacuum maiora mole sunt. Et quidem sępe ex æqualibus solidis, aut paucioribus cōposita. Et uniuersaliter autem & omnis leuioris causam esse putant amplius inexistens ipsi uacuum. Sic quidem igitur isti pter eos qui ex planis dicebant abundant magis, & huius quod est maiora minoribus, & huius quod est minora sępe maioribus grauiora esse causas assignare. Deridet autē & sic determinantes tāquā debētes apponere, nō solum uacuum habere plus si sit leuius, sed solidum minus. Si.n.excedat tali analogia, hoc est si non minus habeat solidum, sed plus, sicut & uacuum, nō adhuc erit qđ tale leuius. Isti autē ꝑtermittētes eam quæ fm solidum ꝓportionem, & solū uacui excessum supputātes peccāt. Si.n.propter hoc ignē aiunt esse leuissimum. qa plurimum habet uacuū, accidet paruo igne multum aurū amplius habēs uacuum leuius esse quātum ad uacuum, si non & solidum multiplex habeat. Quare oportet apponi oportere leuius, cū habere uacuum plus & solidū hr̄e minus. Multa qdem igitur exēplariū sic se habent. Si nō & solidum habebit multuplū, talē sensum faciunt. Alexāder autem tāquā scriptura habente sic. Et si & solidum habebit multuplum sic exponit dicens. Quare fm hoc erit utiq; multum aurum pauco igne leuius, nunc autem non est, & si solidum habeat multuplum eius quod in igne. Nunc quidem igitur tāquàm simul ratiocinantes proportionem hanc accusat, paulopost autem & una ratiocinantes supponens & sic corrigit.

Quidā qdem igitur nō dicentiū esse vacuum nihil determinauerūt de leui & graui, puta Anaxagoras & Empedocles. Qui aūt determinauerūt qdem, nō dicentes aūt esse vacuū nihil dixerunt, ꝓpter quid hęc quidē simpliciter leuia, hęc autē grauia corporū. Et ferūtur hęc quidē semꝑ sursum, hęc autē deorsum. Neq; de eo ꝙ quędā maiora mole entia leuiora sunt minoribus corporibus, nihil recordati sunt, neq; manifestū qualiter ex dictis confessa parētibus accidet dicere ipsos.

Cōm.5. Nec prædictorum resumptionem habēt cum quadam adunatione accusationum & de articulatione. Dicit autem ꝙ non dicentium esse uacuum nihil determinauerunt de leui & graui, sicut Anaxagoras & Empedocles. Alii autem determinauerunt quidē sicut Plato, non tamen causam assigna/

uerũt propter quid, hæc quidem simpliciter leuia, hæc aũt simpliciter grauia corporũ sunt, & pp qd feruntur, hæc quidem semper sursum, hæc autem semper deorsum. Sed neq; de hoc ꝙ quædã maiora mole leuiora sunt minoribus corporibus, nihil recordati sunt, neq; palã qualiter ex dictis ab ipsis confessa apparentibus accidet dicere ipsos. Harum itaq; triũ accusationum, de duabus quidem dictũ est prius. De sursum quidem igitur & deorsum, ꝙ Plato non putat hæc secundum naturam esse in mundo sphærico existente. De simpliciter autem graui & leui ꝙ nouit qdem ipsa, neq; autem secũdum eum qui ad deorsum & sursum motum ipse determinat, sed graue quidem secũdum motum ad proprium locum, leue autem secũdum motum ad alienum sicut præmissa litera Platonis manifestauit neq; determinãte, hoc quidem simpliciter graue, hoc autem simpliciter leue quatuor elemẽtorum/ait/sed omnia grauia & leuia, quia omnia &ad cognatũ nata sunt ferri & ad contrariũ. Huius autem quædam maiora mole existentia leuiora sunt minoribus, pro causa posuit ꝙ magnas intra se ipsa intercapedines habẽt, ut in ære manifestum fecit dicens, eo autẽ ꝙ magnas intra seipsum intercapedines habet leuius fulgidis cõpactis unum genus aquarum ęs consistens factum est.

Necessariũ autẽ & his qui de ignis leuitate causant multũ vacuũ habere fere in eisdẽ retineri difficultatibus. Minus quidẽ enim habebit solidũ alijs corporibus & vacuũ plus. Sed tamẽ erit q̃dam ignis multitudo in qua solidum & plenũ excedit cõtenta solida in quadã modica multitudine terrę. Si autem dicant & vacuũ quomodo determinabũt simpliciter graue, aut nõ per plus solidũ habere, aut per minus vacuũ. Siquidẽ igitur hoc dicunt, erit quędã multitudo terrę sic pauca in qua solidũ erit minus q̃ in magna multitudine ignis. Similiter aũt & si vacuo determinauerũt erit aliquid leuius simpliciter leui & lato semper sursum q̃d fertur semper deorsum, hoc aũt impossibile. Simpliciter enim leue erit semper leuius habentibus grauitatẽ & deorsum latis. Q̃d aũt leuius nõ semper leue ꝑpter dici & in habentibus grauitatẽ alterum altero leuius, puta terra aquã. At vero neq; per vacuũ analogum habere ad plenũ sufficiens soluere dictam nunc dubitationẽ. Accidet enim & hoc modo dicẽtibus, similiter impossibile, in pluri enim igne & minori eandẽ habebit rationẽ solidũ & vacuũ. Fertur autẽ velocius sursum maior ignis minore, & deorsum autem iterum similiter maius aurum & plumbum. Similiter autem & aliorum vnumquodq; habentium grauitatem. Non oportebat autem hoc accidere siquidem isto determinatum est graue & leue.

Cũ dixisset ad eos qui ex planis generant corpora tãquã neq; de simpliciter grauibus & leuibus dixerint, neq; causam assignauerint, quare maiore mole existentia leuiora minoribus sunt corporibus, dicit ꝙ & his qui leuitatis causam faciũt uacuum, necessarium est eisdem ferè difficultatibus retineri. Illis enim paucitatem elemẽtorum causam afferẽtibus accidebat dicere multo igne aquã paucam esse leuiorem, & hos idem incõueniens assequetur. Si leuius est ſm ipsos quod minus habet solidum, uacuum autem plus. At uero potest ignis multus acceptus pauco aere, uel aqua, uel terra, & solidum plus habere, & uacuum, quare non utiq; ipse leuior erit. Nam quod leuius nõ solum oportet plus uacuum habere, sed & solidum minus. Deinde instantiam tãquã ab illis inducit per hoc. Si autem dicant & uacuum, hoc est si dicant ꝙ pauca terra multo igne non solum habet solidum minus, sed etiam uacuum, & ꝑpter hoc nõ est leuior. Leuius.n.erat non solum quod solidum minus habet, sed & qd uacuum plus. Si igitur/ait/hoc attulerint dicant plane qũo determinabunt qd simpliciter graue & simpliciter leue, uidelicet necesse enim simpliciter graue determinare, aut per plus solidum habere, aut per minus uacuum solidum. Aut igitur isto modo, aut qd quidem magis non ſm solidum solum, sed ſm amborum adinuicem, analogiam determinabunt, ut sicut in simplr graui plenum habet ad uacuũ amplius existẽs, ita in simpliciter leui uacuũ habeat ad plenum amplius existens ipso, illud simpliciter autem apposuit in hoc simpliciter graue, & ad contradistĩctionẽ, forte eius qui ad alterũ. Quoniã possunt leuius dicere quod uel eo in ęquali mole plus quidem solidũ habet, minus autem uacuũ, sed hoc non est simpliciter leue. Similr autem, neq; graue quod sic assignatur. Oportet enim qd simpliciter nõ ꝑpter magnitudinem esse tale, sed ꝑpria natura. ad has igitur tres determinationes cõtradicẽs, & primo ad primam. Si.n.qd simpliciter graue determinãt ꝑ plus solidũ habere erit multitudo terrę sic modica in qua erit solidũ minus q̃ in multa multitudie ignis. Erit igitur ignis ille grauior q̃ illa terra, & terra illa igne illo leuior, subaudiendũ autem qd & simpliciter leue per minus solidum habere erit aliqua multitudo pauca terræ multo igne minus solidũ habẽs. Quare leuior terra illa igne illo erit, & ignis ille grauior q̃ terra illa. Similr autẽ etsi in uacuo Com.6.

determinauerint ut graue dicatur simpliciter qđ minus uacuum habet. Leue autem simpliciter qđ plus habet uacuum erit aliqua multitudo terræ plus habens uacuum q̃ paucus ignis. Et sic simpliciter leui & lato semper sursum igne erit leuius, qđ simpliciter graue & latum semp deorsum terra. Hoc autem impossibile, quia simpliciter leue est leuius habente grauitatem quácũq;, non tamen cõuertitur sermo, ut leuius aliquo iam & simpliciter leue sit. Etenim in habentibus grauitatem, aliud alio leuius dicitur, ut quod libra asse uel uncia. Deinde iam neq; tertium determinatiõis modũ quẽ ipsis ipse ostendit apponens in leui per plus habere uacuum qđ & minus debet habere solidum sufficientem (ait) soluere dictam nunc dubitationem. Hoc enim est in quo proportionem habet ad plenum, quare ut in simpliciter graui plenum habet ad uacuum amplius existens, ita in simpliciter leui uacuum habeat ad planũ. Et hunc enim (ait) modum dicentibus ipsis etsi uideatur rationem habere, impossibile eodem modo accidet, nam in maiori igne & in minori eádem habebit ꝓportionem, solidum ad uacuũ, ut quãtum in hoc æque uelocia debeant esse, similiter & leuia, sed non sunt. Manifestat autem quòd amplior ignis sursum fertur citius q̃ minor. Similiter autem & in maiori auro & in minori eadem ratio erit solidi ad uacuũ, & tamé amplius aurum & plũbum minori citius fert̃ deorsum. Non oportebat autem hoc accidere si ꝓportione hac determinatũ est simpliciter graue, & simpliciter leue. Essent enim utiq; æque uelocia quæ eádem habent proportionem.

Incõueniens aũt vtiq; si semper vacuũ qdem sursum feruntur, qđ aũt vacuũ ipsum nõ. At vero si vacuũ quidẽ sursum natũ est ferri, deorsum aũt plenũ, & ꝓpter hoc alijs causa lationis vtriusq; nihil de cõpositis oportebat intendere, ꝓpter quid, hęc qdem leuia, hęc autẽ grauia corporũ, sed de his ipsis dicere ꝓpter qđ hoc qdem leue, hoc autẽ habet grauitatẽ. Adhuc autẽ quę causa huius nõ distare plenũ & vacuũ. Irrationabile aũt & regionẽ vacuo facere tanq̃ nõ ipsum regio q̃dam existens. Necessarium aũt siquidẽ mouetur vacuũ esse ipsius quendã locum ex quo trãsmutat & in quẽ. Adhuc aũt quę motus causa, non enim vtiq; vacuũ, non enim ipsum mouetur solum, sed & solidum.

Cõm. 7. Et alias instantias consequenter adducit his qui uacuum quidem leuitatis, plenum autem grauitatis causam ponunt. Quarum prima quidem inconueniens corpora quidem sursum ferri propter uacui interceptionem, ipsum autem uacuum non ferri sursum. Si enim aliis ipsum causa sit lationis sursum quomodo non, & ipsum suiipsius natura ad idem fertur. Sic enim ostenso q; dicentibus lationis quidem sursum causam esse uacuum, lationis autem deorsum plenum: consequitur dicere secundum naturam sursum quidem ferri uacuum, deorsum autem plenum. Deinde assequentia huic inconuenientia adducit Primo quidem q; si uacuum quidem sursum natum est ferri, plenum autẽ deorsum, & propter hoc aliis causa, hoc quidem lationis sursum, hoc autem lationis deorsum est, nõ oportebat iam de compositis intendere, propter quid hæc quidem corporum leuia, hæc autem grauia sunt, hoc enim palàm iam erat sic supponentibus, sed de his ipsis uacuo. s. & pleno inquirere propter quid hoc quidem leue est, hoc autem habet grauitatem. Idem autem dicere propter quid uacuum quidem sursum fertur, plenum autem deorsum. Inconueniens enim mox utiq; uidebitur esse leuitatem & inclinationem, & uirtutem totaliter aliquam uacuo dare, nõ enim saluat hoc de uacuo intelligentiam excepto q; sic utiq; quærentes de simpliciter graui & leui inquisitionem fecissent, sed non ut nunc de his quæ secundum comparationem solam. Secundo (ait) si uacuum quidem sursum fertur natura, plenum autem deorsum: quæ causa q; non distant hæc abinuicem, imo mixta sunt adinuicem & simul manent. Forte autem utiq; erit facile dicere ad hoc eandẽ causam quæ & huius qđ ignis & terra mixta sunt, cum hic quidem sursum feratur, terra autem deorsum, nisi forte hęc quidem etiam separantur. uacuũ autem & plenum non dicunt separari. Tertio autẽ adducit irrationabile esse regionem uacuo facile dicentes sursum ferri ipsum ẽm naturam, ipsum autem uacuũ regio & locus priuatus corpore est secundum ipsos. Loci autem locum facere inconuenientissimũ est. Adhuc autem infinitam regionem ipsis supponentibus, neq; sursum, neq; deorsum dicere licet, neq; id ex quo, neq; id in quod. Omne autem quod secũdum locum mouetur à loco ad locum transmutat̃. Quarto autem ad hæc (ait) q̃ causa motus cõmunis eius qui ad sursum, & eius qui ad deorsum. Nos enim naturam quidem causam ponimus quæ est principiũ inclinationis & motus in corporibus. Isti autem non utiq; uacuũ motus causam dicent, quia non ipsum mouet̃ solum, sed etiã solidum.

Eodem mõ accidet & si quis aliter determinet magnitudine & paruitate faciẽs grauiora & leuiora altera alteris, & alio quocunq; modo assignans, solum autem eandem materiam omnibus reddens,

aut plures qdē, contraria aūt solum, vna quidem.n.exñte nō erit simpliciter graue & leue. Quēadmodum his qui ex trigonis constituunt. Contraria autem quemadmodum qui vacuum & plenum non erunt intermedia simpliciter grauium & leuium propter quam causam grauiora & leuiora inuicem, & his quæ simpliciter sunt.

Hæc deinceps cōmuniter adducit omnibus qui de graui & leui dicūt simul assumens in his quę nunc dicuntur ex illis opiniones ad quas cōtradixit proxime, eam.s.quæ multitudine, & paucitate planorum & eam quæ uacuo & pleno, graue & leue determinant. Et dicit ꝙ eodē modo accidit, aut de simpliciter graui & leui dicere ipsos, aut de intermediis simpliciter grauium & leuium. Dicit igit̃ ꝙ & si quis aliter magnitudīe & paruitate determinet grauiora & leuiora, & nō, ut Plato, sed aut ut qui circa Democritum, Isti enim ex paruis quidem sphæris dicebant ignem generari propter quod subtilissimarum partium esse. Ex maioribus autem atomis terram, ex mediis autem intermedia, aut ut qui elementum unum supponebant, & huius spissitudine & raritate alia assignabāt. Et isti enim raritatis causam ponebant uacuū & ad hos cōgruit hoc, & alio quocūꝗ modo assignans hoc est quāuis non magnitudinem, aut paruitatem uocet, sed spissitudinem & raritatem. Solam autem eandem materiam omnibus assignās, ceu aquā, aut aerem, aut intermedium, materiam autem dicit subiectū. Eandem autem materiā & Aristoteles omnibus assignat. Sed differētia est, quia isti actu aliquod ens iam supponi dicunt uelut aquā, aut aerem, aut intermedium, illud autē aut plures quidē, contrarias autem solum/potest cōphendere & eos qui uacuū & plenum dicunt, & eos qui terram & ignem, ut Parmenides, & eos qui spissum, & rarū, & eos qui multitudīe, & paucitate planorū generationem assignant. Sic igitur in duo separans omnes.s.in eos qui unam materiam supponebant & in eos qui plures una contrarias autem : quæ utrisꝗ accidunt incōuenientia adducit. Et primo ꝙ una materia existente sicut & hi dicunt qui ex trigonis constituunt. Ex uno enim scaleno semitrigono tria apud ipsos facta sunt elementa, ignis, aer/aqua. His igitur qdem qui ex uno eodem supposito generant nō erit simpliciter graue & leue. Eadem enim natura in oībus ipsis est: quæ siquidem grauis sit, simpliciter leue tollitur: si aūt leuis, graue non erit qd simpl̃r, sed quæ adinuicē solum, siue multitudine & paucitate, siue magnitudine & paruitate subiecti, hoc qdem grauius, hoc autē leuius fieri dicant ipso elemēto nullā hñte inclinationē. Cōtraria aūt existente materia subta, sicut qui uacuū & plenū dicūt de simpl̃r quidē graui, & de simpliciter leui dicere uidebātur. Vacuū qdē simpl̃r leue, plenū aūt simpliciter graue dicentes. Intermedia autē corpora ignis aeris & reliquorū, intermedia autē tanꝗ ex ambobus extremis cōpositis.s.pleno & uacuo non adhuc erūt. Non enim habēt determinare fm quid grauiora & leuiora sunt inuicē, & elemētis leui.s.uacuo & graui & solido. Non scientes.n.ꝓpter qd uacuū quidem leue est, solidum autem graue, neꝗ de participantibus respondere possunt. Eorū uero quæ simpl̃r propter quid cōposita grauiora & leuiora causam si dicerent uacuo quidem grauiora utiꝗ dicerent ipsa esse eo ꝙ habent & solidum in ipsis. Solido autem leuiora eo ꝙ habent in ipsis uacuum, aut ꝙ qui non habent dicere causam ꝓpter quam quidem compositorum, hoc qdem graue est, hoc autē leue. Neꝗ utiꝗ eius ꝙ grauiora aliquo totaliter ipsa sint, aut leuiora habebunt cām dicere. Forte autem intermedia grauiora & leuiora inuicem possunt dicere: Leuiora eo ꝙ in æquali mole plus uacuum habeant & minus solidum. Econtra autem grauiora, sed qualiter quæ non eiusdem molis comparant, non habebunt dicere ꝙ omnis æqualis pars & magna ignis comparant̃ quo iudicabitur ignis leuior esse multiplex respectu terræ. Non enī possibile in his dicere ꝙ omnis æq̃lis pars accepta leuior est hoc & simpliciter leuius est. Si enim ęquale ęquali erat leuius, quia paucíora quidem habebat solida. Amplius autem uacuum in quibus hoc nō saluatur, neꝗ utiꝗ manebit causa leuioris & grauioris. Sic quidem igitur Alexander intermedia simpliciter grauium & leuium composita ex uacuo & pleno intelligens exponit. Forte autem simpliciter graue & leue terrā & ignē dicit, intermedia autem aerem & aquam, & ꝙ non erunt hæc. Non enim habent dicere ꝓpter quam causam grauiora & leuiora sunt inuicem, & his quæ simpliciter. Et nunc quidem tantum dixit solum, apud finem autem libri idem argumentum ponens planius dicit inconuenientia quæ sequuntur. Et his qui unum subiectū dicunt, & his qui contraria. Et ibi plane ītermedia dicit aerē & aquā. Sciēdū aūt ꝙ Alex. qdē scribit, īuicēꝗ; & simpliciū, īuenit aūt in aliqbus scriptū his q̄ simpl̃r. Com. 8.

Magnitudine autem & paruitate determinare ficto assimilatur maxime eorum quę prius. Quia autem contingit secundum vnūquodꝗ facere differentiam quatuor elementorum, certius habet ad eas quę ante dubitationes, Vnam autem facienti naturam magnitudine differentium, necessarium idem ac

cidere vnam facientibus materiam, & neq; simpliciter esse nihil leue, neq; latum sursum, sed aut retardans, aut extrusum. Et multa parua paucis magnis grauiora eē. Si autē hoc erit, accidet multū aerē & multum ignem aqua esse grauiorem, & terra pauca, hoc autem est impoßibile.

Com. 9. Cum dixisset quæ inconuenientia accidunt circa grauitatem & leuitatem his qui unam materiā & unum suppositum dicūt, & quæ his qui contraria aiunt, illis quidem de simpliciter graui & leui nihil dicere, his autem de intermediis: idem autem dicere de naturalibus corporibus, aut de duobus mediis elementis, nec determinare causam ꝓpter quam, hæc quidem ipsorum sunt grauiora, hæc autem leuiora, transit ad eos qui magnitudine & paruitate differentiam elemētorum assignant. Isti autem utiq; erunt qui grossa partialitate & subtili partialitate, idem autem dicere inspissatione & rarefactione, determinant & unam materiam differentiis his & ipsi supponunt. Et dicit de ipsis ꝙ sermo qdē qui dicit̄ ab ipsis est magis fictitius q̄ eius qui uacuū & plenum supposuit ad dubitatiōes q̄ ad hunc illatę fuerūt, securior est nūc ꝓpositus. Vnūquodq; enim q̄tuor corporū participatione subtilitatis & grossitiei, & ea quæ ſm hanc analogia grauitatis & leuitatis habebit inclinationē, qđ qdē nō habebant dicere, neq; qui ex planis componunt. Quæ enim ſm se inclinationē non habent, neq; plura, neq; pauciora simul posita habebunt inclinationem, sed neq; qui uacuum & plenum cām faciunt differentiæ elementorū ſm grauitatem & leuitatem habebant causam respōdere. Nam non habētes dicere ꝓpter quid uacuū quidem leue est, solidū autem graue, neq; differentiæ eorū quæ ex his cōponuntur causam habent dicere. Accusat autem & eos qui magnitudie & paruitate determināt tāq̄ unum suppositū & unā naturam facientes differentiū magnitudine, cum in eisdem retineant̄ in quibus, & qui unam materiā faciunt retinebantur. Hæc autem erāt non esse, hoc qdem simpliciter leue & motum sursum ſm ipsos, hoc autem simpliciter graue & latum deorsum. Omnia enim unam habebunt inclinationem naturalem ſm ipsos, uel maiorem autem uel minorem hanc, non tamē diuersam ſm speciem siquidem unū subiectum est. Si autē non est qđ fertur sursum natura, palā quod q̄ nunc sursum ferri uidentur, aut tardantia & p̄accepta à grauioribus in ea quæ deorsum latione sursum uidentur esse, aut extrusa à grauioribus ad sursum feruntur ui, sed nō ſm naturam. Accidit autem/ait/his multa parua/hoc est multa subtilium partium paucis grossarum partium grauiora esse, eo enim ꝙ ex subiecto eodem cum his quæ magnarum sunt quæ paruarum partium, & eandē naturalem inclinationem habent si congregentur plura paruarum partium grauiora erunt paucis magnarum partium. Si autem hoc accidet multum aerem & multum ignem esse grauiora pauca aq̄ & terra pauca, hoc autem est impossibile. Hoc autem/ait/Alexander potest, & ad eos qui circa Democritum dici, qui ex paruis sphæricis atomis dicebant componi ignem. Si enim omnes atomi eiusdē naturæ existētes grauitatem habent, & sunt maiores grauiores eo ꝙ maiores sunt, ꝓpter hoc autem & corpora quæ ex maioribus atomis componuntur grauiora. Si multi atomi parui paucis magis erūt grauiores. Si autem hoc multus ignis erit grauior pauca terra. Aut hoc utiq;/ait/ad ipsos diceret si non uacuum causam efficerent.

Quę quidem igitur ab alijs dicta hęc & hoc dicuntur modo. Nos autem dicimus primum determinantes de quo maxime dubitant quidam, propterquid hęc quidem sursum feruntur, hęc autem deorsum corporum semper secundum naturam, hęc autem & sursum & deorsum. Post hęc autem de graui & leui, & de accidentibus circa ipsa paßionibus propter quam causam vnūquodq; fit. Deferri quidem igitur in eum qui ipsius locum vnūquodq; similiter existimandum, quemadmodum & circa alias generationes & transmutationes. Quoniam enim sunt tres motus, hic quidem secundum magnitudinem, hic autem secundum speciem, hic autem secundum locum: in vnoquoq; horum transmutationē videmus factā ex cōtrarijs ad cōtraria, & intermedia, & nō in cōtigens cōtingenti transmutationē entem. Similiter autem neq; motiuum cōtingens cōtingentis, sed sicut alterabile & augmētabile alterū sic, & alteratiuum, & augmentatiuum. Eodem autem modo existimandum, & quod secundum locum motiuum & mobile non contingens esse contingentis. Ad sursum igitur & deorsum motiuum quidem quod grauis factiuum, & quod leuis factiuum. Mobile autem quod potentia graue & leue. In eum autem qui suiipsius locum ferri vnumquodq; ad suiipsius speciem est ferri.

Com. 10. Concludens dicta ut opiniones de graui & leui priorum cum conuenienti contradictione expositas tempus habebat iam ad ea quæ sibi uidebantur transire. Sed oportet/ait/primo determinari de

quo

quo maxime dubitant quidam, propter quid corporum quidem hæc semper deorsum feruntur secundum naturam suiipsorum mota, hæc autem semper sursum, hæc autem deorsum & sursum. Deinde sic de graui & leui, & de passionibus quæ accidunt ipsis propter quam causam ipsa fiunt & accidentia ipsis. Sunt autem/ait Alexander/ quæ dubitantur de ea quæ corporum in propria loca latione talia. Primo quidem aiunt, si continentis ultimum est uniuscuiusque locus, palàm quia quod nondum aliquid continet, neque est locus, quomodo igitur feruntur utique corpora ad sua loca, quæ neque à principio sunt totaliter corporibus nondum existentibus. Etenim neque prius unquàm in ipsis fuerunt, ut secundum hoc dicantur ad sua ferri loca quæ aliquando fuerunt, mox enim cum facta esse & ferè, adhuc cum fiunt feruntur corpora. Si igitur quæ feruntur corpora ad similia feruntur, ignis quidem ad ignem, aer autem ad aerem, similiter autem & aqua & terra. Facta autem in illis continua totis fiunt, & partes ipsorum. Quæ autem continue partes nõ sunt in loco per seipsas non ad sua utique loca ferentur, quæ secundum naturam mouentur, neque in loca totaliter, sed deserentia locum quẽ habebant non amplius habebunt locum neque erunt in loco. Sed neque si dicat aliquis in suum locum ferri esse ad conueniens, & simile corpus ferri recte dicet. Si enim secundum suppositionem translata fuerit in locum ignis terra, & ibi teneatur transposita: etiam sit ignis deorsum: deinde terra aliqua dimittatur: ad quid mouebitur mota secundum naturam, utrum sursum ad totam terram, quia est similis ipsi, aut deorsum ad ignem? Siquidem enim ad totam terram, non erit grauitatem habẽtibus proprius qui deorsum locus, neque ad hunc erũt mota. Sic autem deorsum feratur, ut ad proprium hunc locum non adhuc utique erit æquale huic. s. in suum locum ferri corporibus secundum naturã, hoc ad conueniens ferri, neque idem totius & partis locus. Quæ quidem igitur dubitantur talia sunt. Dicet autem utique quis quod si deus & natura transposuerint terram, ubi nunc est luna, ut opportunũ sic fertur & gleba illa. Sument enim & partes à conditore hanc uirtutem quam habet totum. Ipse autem hæc soluet per hoc quod ostendet quod corporibus ferri in suum locum est æquale huic quod est ad suam speciem deferri & ad suam perfectionem. Ostendet autem ipsum per hoc quod omnis quidem quod in potentia aliquid est, perfectio est in illo esse. Nam potentia grammatici perfectio & species est grammaticum esse. Similiter autem & musici musicum, & calidi calidum. si autem id in quibus possunt secundum naturam esse perfectio potentium, & quæ ad illa transmutatio uia utique ipsis erit ad perfectionem His autem sic se habentibus, quoniam quæ mouentur ad aliquid potentia existentia in illo ad esse in ipso actu transmutantur omnia utique quæ mouentur secundum quod potentia sunt ad perfectionem & speciem transmutantur à natis mouere ipsa & transmutare. Quare & quæ secundum locum mouentur ad propriam utique speciem & perfectionem secundum quam sunt mobilia transmutantur. Si autem hoc in suum locum transmutari est, demostrationem quidem igitur assumens sic exposuit Alexan. Aristoteles autem proponens causam dicere huius, quod hęc quidem corporum sursum mouentur, hæc autem deorsum, hæc autem utrinque uergunt secundum suam naturam mota, quod & expetebat ab his qui dicebãt, uacuum quidem leue, solidum autem graue: communem causam in omnibus speciebus motus assignat. Tribus enim existentibus motibus, eo qui secundum augmentum quem secundum magnitudinem dixit, & eo qui secundum qualitatem, quẽ secundum speciem dixit generationem simul forte & alterationem insinuans. Nam proprie quę secũdum speciem transmutatio generatio est & corruptio. Quanuis igitur motus ꝓprie non sit generatio, ut ipse in. 5. de naturali auditu determinauit, tamen congruunt & ipsi quæ nunc de motu dicuntur. Tertio autem existente motu eo qui secundum locum, secundum unumquemque trium uidemus transmutationem fieri ex contrariis in contraria, aut intermedia & non cuiusuis ad quoduis tenere transitionem esse. Nam album transmutatum non in grammaticum transmutatur, neque in aliud aliquid nisi in cõtrarium albo, aut in aliquid intermediorum. Similiter & in aliis, uniuscuiusque enim per se motus determinatus est, per se autem albi, quę secũdum quod album transmutatio, & tanti inquantum tantum, & huius quod in hunc locum secundum quod natum est ad ipsum. Quare & quod secundum locum transmutatur non in quoduis, neque ex quouis transmutatur, sed ex cõtrario in cõtrarium, aut intermedium. Contraria autem secundum locum sursum & deorsum. Causa autem/ait Alexander/quare transmutationem in cõtrarium transmutata oportet fieri, hęc quod oportet semper hoc quod transmutatur quidem exire ab hoc, ex quo trãsmutatur. Non enim utique simul manebit in ipso & transmutabitur ex ipso. Quod subiicitur igitur & dicitur trãsmutari derelinquẽs priorẽ speciem, in alia semper fit specie. Non enim possibile est in priuatione omnis speciei esse quod subiicitur, in tali erit transmutatum in quo existens, nõ adhuc erit in illo ex quo transmutatum est. Quare in non potenti coexistere cum ipso. Talia autem contraria & intermedia sunt. Non enim possibile est simul idem secundum idem in cõtrariis esse. propter hoc igitur non dicitur ex albo in grã/

maticum transmutari, quia potest simul & albus, & grammaticus esse, sed ex albo in nigrum, aut aliquod intermediorum esse. Conuertitur autem hoc.s. non in contingentia, sed in contraria moueri quæ mouentur, ad ostendendum, ꝙ neq; à contingente mouentur, sed à mouente contrarium motum. Per hoc enim assignat causam lationis corporum ad sua loca. Adducit igitur ꝙ neq; motiuum sit contingens contingentis. Sicut enim quę mouentur diuersis motibus in altera inuicem sunt. Aliquid enim quod secundum quantum mouetur.s. augmentabile, & aliud quod secundum quale.s. alterabile, sic & mouentia alia. Neq; enim quod augetur ab alteratiuo augetur, sed ab augmentatiuo, sed neq; quod alteratur ab augmentatiuo alteratur, sed ad alteratiuum. Sicut autem in his quæ ſm quale & quātū transmutationibus, neq; contingens ĭ cōtingēs transmutatur, neq; à contingente, sed transmutatur quidē in contrarium, aut intermedium, trāsmutatur autem & mouetur à potente talem motum mouere, eodem modo existimandū, & in transmutatione ſcd̄m locum. Nam quod fertur, neq; contingens, neq; incōtingens fertur neq; à cōtingente, sed ipsum determinatū est & determinate fertur, & à determinato. Hoc p̄dearticulato & ab aliis motibus persuaso ꝙ id quod ſcd̄m locum mouetur non contingens in cōtingens, neq; à cōtingente, sed quod potētia in id quod actu à nato in hoc deducere transmutatur, ratiocinatur iam sic. Si ad sursum & deorsum motuū quidem quod generatiuum & alleuatiuū, sed non contingens, mobile autem quod potentia graue, & potentia leue in sui locum ferri, aut sursum, aut deorsum latum in sui speciem ab eo quod potentia in id quod actu ferri est. Sed ātecedens est uerum propter pręostensa. scilicet mouere quidem quod generatiuum, moueri autem quod potentia graue ad actu tale: et consequens ergo uerum, quod mouetur sursum, aut deorsum ſm naturam ab eo quod potentia in id quod actu suiipsius speciem moueri. Etenim in caliditate si mouet q̄dem quod calefactiuū, moueť autē quod potētia calidū in id q̄d actu tale: palā quia illud moueri ad quod natum est nihil aliud est q̄ ad moueri sui speciem & fieri calidū secundum actū. Et q̄diu utiq; fertur sursum, aut deorsum nōdum perfecte sui speciem accepit cum fiat adhuc. Quando autem accepit ꝓprium locum, tunc & speciem accipit propriā. Nam quod actu eius, quod quidem erat potentia tunc accipit. ꝓpter quid igitur deorsum moueńť corpora ſcd̄m naturam? quia graui esse, hoc est in deorsum esse secundū naturā. Quæ igitur adhuc potentia sunt grauia ab eo quod natum est ſcd̄m grauitatem mouere, hoc est à faciente terram, aut aquā transmutantia ad actu esse grauia ad suam speciem transmutantur. Etenim partes totorū etsi non sint ipse in adhibito aliquo loco quando totis continua fiunt, sed cum totis sunt in illo loco in quo factę q̄d actu, & eam quæ ſm speciem suiipsarum acceperunt perfectionem. Si itaq; hæc uera, & ut Aristoteles ait, in suum locum ferri unūquodq; est ferri ad suam speciem quod accepit speciē grauis aut leuis iam non fertur. Si igiť graue quod ad mediū, & leue quod ad sursum non secūdū eandem ad sursum & deorsum designādum est, sed ſcd̄m inclinationem. Hæc quidem igitur de intellectu dictorum: ſcd̄m literam autem siquidem ut in quibusdam exēplarium, siquidem ad sursum & deorsum: motiuum quidem graue, scriptum est, planum est quod dicitur. Si autem ut Alexander scribit, siquidē sursum & deorsum, motiuum quidem, quod generatiuum scriptum est: illud sursum & deorsum antiquorum more interp̄tatum pro ad sursum & deorsum dictum est.

Et sic vtiq; quis magis suscipiet quod dicebant antiqui. Quod simile fertur ad simile. hoc enim non accidit semper. Non enim si quis transponat terram vbi nunc luna feretur partium vnaquęq; ad ipsam, sed vbi quidem & nunc. Totaliter quidem igitur similibus & differentibus ab eodem motu necesse hoc accidere. Itaq; vbi nata est vna aliqua ferri particula, & totum. Quoniā autē locus est continentis terminus. Continet autem omnia quę mouentur sursum & deorsum extremumq; & medium, hoc autem modo quodam fit species contenti. in eum qui ipsius locum ferri ad simile est ferri. Quę enim deinceps similia sunt inuicem, puta aqua aeri, & aer igni, & è conuerso autem dicere, medijs est, extremis autem non, puta aerem quidem aquę, aquam autem terrę. Semper enim quod superius ad id quod sub ipso, vt species ad materiam sic se habent adinuicem.

Com. 11. Cum dixisset ꝙ ferri in suū locum est ferri ad sui speciem, ab eo quod potentia in id quod actu secundum hoc ait magis utiq; acceptabit. Et quando antiqui dicunt simile ad simile ferri. Simile enim quod potentia ei quod actu & fit aliquid iam ens tale. Vt enim suscipiunt quidam dictum esse hoc, quia terra ad terram non aduenit semper. Non enim si transponat quis terram ubi nunc est luna ferentur partes ipsius adhuc ad ipsam. Et nunc enī nō propter hoc deorsum feruńť partes terræ, quia terra deorsum, sed quia similibus & diuersis ab eodem motiuo accidit eodem moueri motu, ꝓpter

hoc

hoc igitur ubi totum ibi & partium unaquæq; nata est ferri,sed non quia ad terram,similia quidem igitur & non simplr similia,sed eadé natura,neq; utiq; dicétur ,pprie ad simile,sed ad idem ferri hęc. Si auté totaliter magis ,pprie uult quis eá quæ ad simile lationé inuenire eam q̃ ad suiipsius locú inueniet. Quoniam enim locus est terminus cótinentis,quod ad ,pprium locum fertur ad terminum continentis fertur. Quod auté continet simile est ei quod continetur,quia quæ continentur similia adinuicem sunt,uelut aqua aeri, & aer igni,& èconuerso autem in mediis uerum dicere similia esse, aerem quidem non solum igni similé esse,sed aquæ. Quare & supra posito & subtus posito,& aqua similiter aeri & terræ,extrema uero.s. ignis & terra non adhuc habent quid tale ècõuerso Neq; enim ignis supra positum aliquid habet,neq; terra suppositú. Quòd autem similia quæ cótinentur palàm ex eo quod de facili transmutantur adinuicem secundú inexistentem ipsis cómunem qualitatem cognata existentia. Secundú hanc autem forte ignis & terra,illud èconuerso habebũt communia habentia siccitatem. Et tota quidem rationis deductio talis q; ad propriú locum fertur. Cum dixisset auté q; locus est cótinentis terminus,adduxit. Continet autem omnia quæ mouétur non simpliciter,sed sursum & deorsum quod extremú & quod medium. Nam circulariter mobile corpus ipm existens extremum non continetur ab extremo & medio,sed sola quæ sursum & deorsum mouent. Hoc aũt non frustra(ut existimo)apposuit,sed insinuans, quia eorú quidem quæ ad sursum mouent supra positum est contentiuú suppositi,sicut ignis aeris. Eorum autem quæ ad deorsum quod subtus positum,hæc enim proximiora cótinentibus sunt.s.extremo & medio. Continens auté modo quodam fit species cótenti,quod habitú dixit tanq̃ consequenter positum. Si enim his quidé speciem qui sursum locus dat leuibus tunc factis quádo in sursum loco fuerint,grauibus aũt quod deorsum. Quod quidem circa extremú sursum est species táquá is illo perfectioné habeat,aeri autem ignis, quia usq; ad illum ascensus. Et iterum terræ quidé mediú est species,aquæ autem terra, quia aqua in terra fit, táquàm suiipsius specie accepta quæ secundum grauitatem quiescit,& sunt species quidem proportionaliter extrema tanquá specifica cósequenter positorum,hæc autem natura.s.media, tanq̃ specificata ab illis. Nam ignis quidem aeri leuitatem dat,terra auté aquę grauitaté. Alius autem est modus iste diuisiōis in formalia & materialia quatuor elemétorum,& alius ille scđm qué grauia quidem & frigida materiæ rationem habent, leuia autem & calida speciei. Ipse autem Aristoteles in aliis dicit, & Theophrastus in libro de generatione elementorum & Posidonius Stoicus ab his accipiens ubiq; utitur, Alexander autem expositorum notat quidem aliam nunc traditam diuisionem elementorum secundum formale & materiale. Dicit autem aquam terræ speciem & non ècontrario,ut ego puto. Scribit auté sic, sunt quidem igit simpliciter materialia terra & aqua,& simpliciter formalia ignis & aer. Adinuicem auté & ut proxime species,& ut proxime materiæ quę prope inuicé sunt paucam habentia eam quæ secúdum materiale uarietatem. Etenim aqua terræ species aliqualr equidem existens & ipsa materialis,quia ad hanc sic habet. Et quidem si loca sunt formalia,ut Arist. dicit, qui extremus & qui medius & est aquæ, ut quæ scđm naturam inclinatio,ut ad specié & perfectionem ad mediú,proximorum autem medio terra est q̃ aqua : hæc utiq; magis ad aquá habebit rationem speciei q̃ aqua ad terrá. Nam grauitatis spém à medio primo terra accipiés & aquæ ipsam tradit. Et sicut se habet ad aerem ignis,ita se habet terra ad aquam. Videt autem Alexan. ad id quod ab Arist. dictum est aspicere. Semper enim quod superius ad id quod sub ipso ut species ad materiá sic habent adinuicem. Forte autem dicens continere omnia quæ mouentur sursum & deorsum qđ extremú & qđ mediú táquá continens & medium dixit superius eo q; ab ipso continetur. Extremú autem & medium modo quodam fieri speciem habitorum,ait,quia non ipsa sunt ipsorum species, sed quæ ab ipsis dantur,extremi quidem sursum & leuitas formalis existés leuium,à medio autem grauitas & quod deorsum.

Quęrere auté propter quid fertur ignis sursum & terra deorsum,idé est & propter quid sanabile si moueatur & transmutet scđm quod sanabile in sanitatem venit, sed nõ in albediné. Similiter autem & alia omnia alterabilia,sed adhuc & augibile cú mutetur secúdum quod augmentabile nõ in sanitatem venit, sed in magnitudinis excessum. Similiter aũt & horum vnũquodq;, hoc quidé in quali, hoc auté in quanto transmutat. Et in loco quę quidé leuia sursum,quę auté grauia deorsum,nisi quia hęc quidem in seipsis videntur habere principiú transmutationis. Dico auté graue & leue,hęc autem non, sed ab extra,puta sanabile & augmentabile,quãuis quádoq; & hęc ex ipsis transmutentur & paruo facto in his quę extra motu,hoc quidé in sanitaté venit, hoc autem in augmentum. Et quoniá idem quod sanabile & quod languoris susceptiuú ad infirmitatem. Magis auté graue & leue horum

in seipsis habere videntur principium propter propinquißima substantiæ esse, horum materiam. Signum autem quia latio absolutorum est, & generatio vltimus motuum. Quare primus vtiq; erit & secundum substantiam hic motus.

Com. 12. Ostenso ꝙ sursum & deorsum feruntur ſm naturam ut ad propriam speciem & perfectionem feruntur,& ab eo qđ potentia in id quod actu cuius potētiā habebant,nunc hoc persuadet & ab aliis motibus, ostendens ꝙ ut in illis ab eo ꝙ potentia ad proprium accidētium in aliud aliquid fit quæ ſm naturam transmutatio: sic & in motu ſm locum habet,propter quod/ait/nihil differt habere ꝑpter quid ignis sursum fertur,terra autem deorsum,ab inquisitione propter quid sanabile si ſm qđ sanabile est transmutetur in sanitatem uenit,sed non in albedinem.Similiter autem & omnia alia alterabilia.Et augmentabile autem quando transmutatur ſm quod augmentabile,non in sanitatem uenit,neq; in aliam qualitatem,sed in magnitudinis excessum,quia ſm quantum est transmutatio, sed non ſm quale.Sic igitur & in his quæ ſm locum mouētur,leuia quidem sursum,grauia autem deorsum,& non ad aliquid aliud moueri nata sunt.Nam ignis deorsum existens leuis sic est & dicitᷣ tāquā supernatatiuus & potentia adhuc habens superferri.Similiter autem & terra sursum tāq̄ substitiua & potentia adhuc habens substare,sicut & sanabile.Quando autem mouentur ſm quod talia,ignis quidem ad sursum & ad supernatare,ut ad propriam speciē & ad actum suum mouetur & perfectionem,terra autem ad deorsum & substare,& nō ad aliquid aliud ſm naturam neutrū.Hæc autem ut paulopost docebimus,dicuntur in his quæ adhuc fiunt & transmutantibus,& quæ nōdū suiipsorum perfectionem,& quod actu suiipsorum perfecte receperūt,sed adhuc mouentur quod quidem inest & deorsum existenti igni,& sursum existenti terræ.Euidentius autem in exhalationibus uidetur nōdum perfecte in aerem transmutatione facta,& in exaquatis ut ros se habet & pruina.Feruntur enim hæc nōdum existentia actu aer aut aqua.Notat autem ad scripturam Alexander dicens ꝙ pro{quærere autem}melius esset scribere,quærere itaq;,quia hoc tāquā ad præostensa cōsequetur.Potest autem & scriptum esse bene,similitudinem ad alios motus eorum quæ ſm locum mouentur ostendens,& ab illis hunc probans.Et hoc similiter,& horum unūquodq;,uel/ait/ oportebat scriptum esse,similiter autem & aliorum unumquodq;,aut similiter ut horum unūquodq;. Consequentia enim sunt/ait/ut hæc,sic quæ in loco.Forte autem nulla uariatiōe litera indiget si ſm copulationem legatur.Dicit enim.Similiter autem & horum unumquodq;,hoc quidē in quali,hoc autem in quanto transmutatur,& in loco leuia sursum,grauia autē deorsum. Quomodo enim diceret unūquodq; in duobus.s.transmutari ſm qualitatem & secundū quātitatem,si nō tertium quod secūdum locum ipsis coordinasset?Scire autē oportet ꝙ potens & in his quę ſm substantiā transmutantur,hoc est in his quæ generanᷣ eadem dicere Aristo.quę quidem in his quæ alteranᷣ,quoniā & illa ab eo quod potentia in id quod actu transmutantur.Prætermisit tñ illa quia neq; moueri ipsa uult nōdum entia quæ dicuntur.Motum autem in tribus relinquit.s.in his quæ ſm quātitatem & qualitatem,& ſm locum transmutantur,ꝑpter quod ut à similibus.s.augmentatis & alteratis q̄ ſm locum mouentur persuasit.Cum dixisset autem similiter habere quæstiones in his quæ ſm locum mouentur,qa terra quidem deorsum,ignis autem sursum mouetur,& in his quæ ſm quantitatem & qualitatem,cōsequenter differētiam motus ſm locum ad alios tradit,quia quæ quidem ſm locū mouentur in ipsis habere uidentur principium,transmutationis grauitatem & leuitatem. Quæ autem ſm qualitatem & quantitatem non adhuc,sed ab aliis mouentur extrinsecus ipsa transmutantibus,puta ab alterantibus & augmentantibus.Deinde & qualemq; in differentibus similitudinem insinuat quando/ait.Et hæc quæ alterantur & augmentantur,ex seipsis transmutantur. Etenim sanantur quidam nihilo medicatiui indigentes & augentur nutritiua,quæ in ipsis & uirtute augmentatiua operante.Bene autem apposuit & hoc paruo facto in his quæ extra motum ostendens ꝙ nō similiter his quæ ſm locum mouentur totam motus causam ex seipsis habent hæc.Etenim alimento ablato indiget,& quod augetur & qđ sanatur aeris temperie,tamen sanans & augēs proxime natura est quæ his utitur.Cum dixisset autem ꝙ in sanitatem ex seipsis transmutantur modica extrinsecus indigent cooperatione,apponit qđ idem est sanabile & ægritudinis susceptiuum,propter qđ siquidem ſm quod sanabile moueatur in sanitatem fertur.Si autem ſm quod ægritudinale,in ęgritudinem,unumquodq; enim ad illud mouetur ad qđ uirtutem habet.Colligens igitur ꝙ quæ ſm locum mouentur,hæc enim sunt graue & leue,quæ cum mouētur in seipsis habent motus principiū, causam adiecit huius ꝙ quæ ſm locum mouentur perfectiora sunt.Perfectiora autem & iam entia ſm actum,magis habent in seipsis motus principium,ꝑpter hoc enim & animalia totaliter animata perfectiora aliis existentia hoc maxime abundant.s.ex seipsis moueri.Nam imperfectum & nōdum

ens

ens ab hoc mouetur à quo & fit. Huius autem ꝙ perfectiora sint quæ ẜm locum mouetur causam adiecit.s. ꝙ horum materia propinquissima substantiæ est, obscure causam exprimens. Materiam quidem enim dicit idoneitatem ipsorum & ꝙ potentia: Substantiam autem perfectam ipsorum specié. Omne enim qđ potentia, materia est ad hoc qđ potest, & uniuscuiusq; substantia ẜm perfectá ipsius speciem determinata est. Quoniam igitur quæ ẜm locum mouentur non ẜm aliquid eorũ quæ in ipsis transmutantur, sed ẜm locum solum, & si habeát aliquid imperfectum adhuc ꝓpter qđ & mouentur. Quæ igitur ẜm substantiam iam perfecta prope sunt eius quæ ẜm locum perfectionis. Nam quæ ẜm localem motum idoneitas non ut ad substantiam, sed ut ad operationem uadit, propter qđ & diuina corpora motu hoc non dedignata sunt moueri táquá habentia multum quod actiuũ. Nã alterari quidem & augeri & adhuc cum his generari passiones magis sunt. Qui autem ẜm locũ motus actus est magis, propter quod quæ ẜm locum mouentur, ẜm quod quidem mouentur totaliter nondum quidem eam quę ẜm hoc perfectionem acceperunt, si ad entelechiam & speciem suiipsorũ quæ ẜm hoc mouentur. Pertingentia autem ad suum locum per motum ẜm locum suam accipiunt ẜm hoc perfectionem, actu facta hoc quod interim erant potentia solum. Merito igit̃ horũ idoneitatem propinquissimam perfectioni quæ ẜm ipsam dixit, si quæ perfecta entia ẜm substantiam operari indigent solum. Et si per eum qui ex seipsis motũ ipsum sortiũtur nullo alio indigentia. Quod auté prope perfectionem sint & pfectiora his quæ aliter mouentur, signa duo ꝓducit. Vnum quidem ꝙ absolutorum est talis motus, hoc est integrorum scđm substantiam entium & non secundũ aliquid eorum quæ in ipsis transmutantiũ. Nam quę generant̃ & augentur & alterantur nondum absoluta sunt ad eam quæ scđm seipsa subsistentiam. Secundum autem id ꝙ quæ scđm locum mouentur posteriora secundum generationem sunt. Quæ autem ẜm generationem posteriora, perfectiora sunt. Etenim in animalibus imperfecta pfecto in generatione p̃cedunt, sperma quidem & méstruũ, si forte & embrionis paulatiua formatio & parturitio p̃cedunt eam quæ post tempus patitur pfectionem ut simile sibi generet. Et in plãtis similiter ex imperfecto unũquodq; ad perfectum procedit. Quod autem perfectius, prius substantia, tanq̃ gratia huius & aliis præacceptis. At uero & qui scđm locum motus, posterior aliis & in animalibus & inanimatis aduenit. Iam enim perfecta ainmalia mouentur ẜm locũ, & naturalia corpora pfecta, eorũ q ẜm naturá ipsorũ motũ q ẜm locũ accipiũt. Ignis q̃dé factus eũ q ad extremũ, terra aũt cũ q ad mediũ. Præcedit auté alteratio & super ipsam augmétatio, & sic qui scđm locum motus aduenit & maxime imperfectioribus, qualia sunt animalia. Perfecta enim iã & absoluta hæc cõueniẽti animalibus locali motu mouent̃. Quare primus utiq; erit qui ẜm substantiam localis motus, aliis posterior & tempore & ordine adueniens. 8. phys. idem dicit.

Quando quidem igitur fit ex aqua aer & ex graui leue venit in sursum. Simul autem est leue & non amplius fit, sed ibi est. Manifestum itaq; ꝙ potentia ens in actu ens venit illuc & ad tantũ & tale, cuius entelechia, & quanti, & qualis, & vbi. Eadem autẽ causa & eius quod iam existentia & entia terram & ignem moueri in ea quę ipsorum loca nullo impediente. Etenim nutrimentũ cum prohibens & sanabile cum retinens non sit fertur mox.

Cum dixisset ꝙ quæ in ipsorum locũ mouentur ad ipsorũ speciem mouent̃ & ad ipsorum perfectionem: quoniam & terra iam existens ad deorsum mouet̃ & ignis iam existens ad sursum: distinctionem tradit nobis eorum quæ in fieri & in eo quod in potentia in id quod actu transmutari sui ipsorum motu mouent̃ & eorum quę iam sunt. Et dicit ꝙ quádo fit ex aqua aer & totaliter ex graui aliquo leue uenit ad sursum. Simul autem cum accepisset specié & factum est leue pfecte, nõ adhuc fit leue, sed est. Si igitur leue quod supernatat sursum iam est, manifestũ igitur ꝙ potétia ens leue & in entelechiam uadés mouetur ad sursum, actu autem factũ est ibi. Cum dixisset auté de his quę secundum locum ꝙ in actum migrantia ueniũt illuc: Locale enim illud illuc adiungit, & de aliis motibus breuiter ꝙ quæ scđm quátum in actum migrantia ueniunt ad tantũ & quæ scđm quale ad tale ubicũq; actus, puta sursum & quantũcũq; erat puta si forte duorum cubitorum & si albi: Cum dixisset autem de his quæ fiũt: adiũgit, & de his quę iam sunt actu, de iam ente igne, & iam ente terra. Quia & in his eadem causa est quare in ipsorum locorum moueant̃ nullo impediẽte, quæ quidem & in his quæ adhuc fiunt. Nam quæ actu sunt & ui in alieno loco detinẽtur, aut & subito in alieno loco fiunt, sicut qui hic accenditur ignis, aut qui in nubibus constat lapis & hæc nullo impediente feruntur ad locũ qui ẜm naturá ipsis conuenit. In quo fiunt pfectioné accipiunt spéi. Siue enim ꝓpter hoc sunt in alieno loco, quia ibi generabant̃ participát aliq̃liter adhuc cõtraria natura ex qua tráſmutata fuerunt quá seponunt ad propria delata loca siue tanq̃ ui detenta, & sic pręter naturá aliqualiter Com. 14.

disponunt. Nam quod supernatare natū est si superminere & supernatare cogatur p̄ter naturā dispo nitur tunc. Quare & quę actu iam esse uident, quādo in alienis locis sunt imperfecta aliqualr̄ sunt & habent aliquid potētia & mouent ad id quod actu & perfectū adducta. Et ꝙ etiā quæ actu iam esse uidentur, impedita autē habere aliquid potentia uelit insinuat adiungens. Etenim nutrimentū & sanabile quādo prohibens sublatum fuerit ferunt ad id quod suiipsorū actu, potentia adhuc existia. Nam & nutrimentū quādo actu fit hoc quod erat potentia, ceu caro, tunc apponit & nutrit & auget illud cuius dicitur esse nutrimentū. Multam autē habet quod potentia differentiā in iam facto, & in eo quod nondū speciem accepit. Hoc quidē enim est sicut quod in puero grāmaticum, illud autem sicut quod in habente quidē habitū grāmaticum, nō operante autem ſm hunc. Tale autem & huius quod ſm locum mouet, illud potentia. Et uidet Arist. per hęc soluere instantiam quanda dicentem. Si quod fertur ad proprium locum ſm naturā ad propriā speciem fertur, ꝑpter quid quod iam accepit propriam speciem ad proprium locum fertur. Et dicit quod propriam speciem accipit perfecte quod secundum locum mouetur, quando in proprio loco fuerit.

Mouet autem & quod à principio fecit & impedimentum remouens aut vnde resiliuit, quēadmodū dictum est in primis sermonibus in quibus determinauimus ꝙ nihil horum ipsum seipsum mouet. Propter quam igitur causam fertur latorum vnūquodq;, & ferri in suiipsius locū quid est, dictū est.

Cōm. 14. Cum dixisset ꝙ magis q̄ quæ aliter mouent quæ secūdum locum mouētur in seipsis habent motus principium, attentū reddit auditorē quod ut ad cōparationem aliorum dictum est, hoc eorum quæ secūdum qualitatem & ſm quātitatem mouent, quibus & perfectiora sunt quæ ſm locum mouentur ꝙ neq; ipsa proprie in seipsis habent motus principiū. Sed etiā in his uerum est quod in octauo de naturali auditu dicitur, quod nihil naturalr̄ motorū ipsum seipsum mouet, sed omne quod mouetur sic ab altero mouet. Primos autem sermones uocauit illos tanq̄ de naturalibus principiis tractantes. Dicit igitur ꝙ & quæ ſm locum mouent ab altero mouentur. Omnia enim ab eo quod à prīcipio fecit. Nam quod in ignem trāsmutat ipsum est causa ipsi ſm se eius qui ad sursum motus. Sed & si quid prohibet ferri/aut ignem sursum/aut terrā deorsum remouens prohibēs est causa ipsi motus, sed ſm accidens causa. Et unde/ait/resiliuit & ipsum mouet aliqualr̄, ut murus resilientē lapidem/aut pilam. Attendere aūt oportet si naturalis & simplex est talis motus/neq; enim sursum/neq; deorsum, sed ad latera fit, quoniā his cōcluditur proxime pręmissum & ostensum quod quidē dixit dubitare quosdam propter quidē sursum ferunt corporum, hæc autem semper deorsum ſm naturam, hæc autem sursum & deorsum. Ostendit enī, quia quod ad suum locum mouet ad suam spēm & suam perfectionem mouetur. Et quia idem est quærere propter quid fertur ignis sursum, terra autem deorsum, & propter quid sanabile si moueatur & transmutetur secundum quod sanabile in sanitatem uenit, sed non in albedinem.

Differentias autem & accidentia circa ipsa nunc dicamus. Primum quidem igitur determinatum sit quemadmodum videtur omnibus, graue quidem simpliciter quod omnibus substat, leue autem quod omnibus supernatat. Simpliciter autem dico in genus respiciens & quibuscunq; non ambo existunt. Quale videtur ignis quidem quęcunq; magnitudo sursum lata si non existat prohibens alterum, terrę autem deorsum. Eodem autem modo & velocius quod plus. Aliter autem graue & leue quibus ambo existunt. Etenim superferuntur quibusdam & substant quemadmodum aer & aqua, simpliciter quidē enim neutrum, horum leue aut graue. Terra quidem enim ambo leuiora supernatat enim ipsi quęcūq; ipsorum particula. Igne autem grauiora, substat enim ipsorum quantacunq; vtiq; sit particula, ad ipsa autem simpliciter, hoc quidem graue, hoc autem leue. Aer quidem enim quantuscunq; vtiq; sit superfertur aquę. Aqua autem quantacūq; vtiq; sit aeri substat. Quoniā autem & aliorum hęc quidē habēt grauitatē, hęc aūt leuitatem: manifestum quia horum quidē causa omnium quę in cōpositis differentia, secūdum enim illa sortiri, huius quidem plus, huius autem minus. Erunt hęc quidē leuia, hęc autem grauia corporum. Quare de illis dicendū, alia enim sequuntur prima, quod quidē dicebamus oportere facere, & propter plenum graue dicentes, & propter vacuum leue.

Cōm. 15. Cōmuni causa assignata quęrētibus ꝑpter quid hæc quidē sursum feruntur corporum, hæc aūt deorsum, hæc autem sursum & deorsum; ad differētias uertit nunc, ſm quas, hęc quidē grauia sunt,

hæc autem leuia, hæc autem utrinq; uergunt. Et ad accidentia, quia non eadem uident ubiq; grauia aut leuia esse. Accipit autem primo à cōmuni existimatione quod est aliquid simplr graue & simplr leue, & quæ sunt hęc. Posterius autem & demōstrabit ipsa. Dicit igitur, graue quidē simplr omnibus uidetur quod oībus subsidet, leue autem simplr quod omnibus natat. Deinde exponit illud simplr qualiter acceptum est. Simplr enim dico, ait, ad genus aspiciens & quibus nō ambo insunt & leuitas & grauitas, sicut duobus mediis elementis aeri & aquę, quia utrūq; quidem ipsorum subsidet ydem supraposito, supernatat autem supposito. Hæc nō utiq; erunt simplr leuia aut grauia, sed ad subsidētia quidē ipsis leuia, ad supernatantia autem ipsis grauia. Solum autem illud simplr leue quod solūmodo leue, sed nō & graue. Et solum simplr graue quod solūmodo graue. Ad genus autē respiciens dixit, pro hoc. s. ad naturam ipsam ſm quam tale, sed non ad cōparationem ad aliud aliquid, hoc aūt natura tale. Duo hæc designare, ait, scilicet ꝙ non propter paruitatem aut magnitudinem tale, sed cuius & quæcūq; particula habet eandem uirtutem cū toto uelut ignis quęcūq; magnitudo sursum fertur, si nō aliquid extiterit ꝓhibens alterū: quare etsi nō supernatet aliquādo eo ꝙ impediaẽ quod sic natum est, simplr leue est. Similiter autem & quod simplr graue. Scđm autem signum eius quod sic natum est hoc quod eodem motu citius fertur qđ amplius: eiusdem enim naturę existētibus, ut quod plus ad id qđ minus, sic & motus se habet ad motum. Videtur aūt & hoc quidem qbuscunq; non ambo insunt distinguere ipsa à duobus mediis elementis ab aq̄ & aere, quorum utriq; ambo insunt graue & leue. Hoc autem genere talia esse ad ea quæ multitudine aut magnitudine determinātur. Cum dixisset autem de simpliciter graui & de simpliciter leui, quorum utriq; alterum solum inexistebat adducit de mediis ꝙ hæc sic sunt grauia & leuia tanq̄ utriq; ipsorū ambobus existētibus, & propter hoc utrinq; uergētibus. Hæc aūt etsi nō ulr illud simpliciter habeant, ut hoc quidem ipsorum simplr sit graue, hoc autem simpliciter leue, sed ſm aliud aliquid etiā ipsa illud simplr habēt, adinuicem enim simplr, hoc quidē graue est, hoc autē leue. Quia aer quidem quātuscūq; sit, siue totius, siue pars supernatat aquę, hoc autem non, sed totum simplr & omnis pars. Aqua autem quantacunq; sit subsidet aeri, & propter hoc & ipsa ut ad aerē simplr grauis dicitur, nō ueluti ly simplr existente hoc, quia non & ad extrema elementa eandem habent rōnem. Palā autem ꝙ ſm eandem analogiam aer quidem ad ignem grauis utiq; sit, aqua autem ad terrā leuis. Cum dixisset autem de simplicibus corporibus. s. de uniuersaliter leui simpliciter, & de uniuersalr graui simpliciter, & de his q̄ nō uniuersaliter quidem, simplr autem ut adinuicem: cōsequenter de aliis inducit corporibus, hoc est de cōpositis. Hæc enim sunt alia ꝑter simplicia. Et dicit ꝙ quoniā & horum, hæc quidē habent grauitatem, hæc autem leuitatem, nihil ipsa horum grauia oportet multū pertractare. Palā enim ꝙ in simplicibus ex quibus componūtur hæc differentia scđm quod illorum, huius quidem plus huius aūt minus participant, hæc compositis est causa, quare hæc quidem ipsorum leuia, hæc autem grauia sunt. Quare eum qui de graui & leui inquirit de his in simplicibus oportet dicere, illa enim assequūtur composita. Hoc autem propter eos qui ꝓpter plenum dicunt grauia esse corpora, & propter uacuum leuia exigimus facere, & de ipso pleno primum, & de uacuo dicere propter quā causam, hoc quidem est graue, hoc autem leue. Hoc enim cognito palā utiq; erit iam propter quid compositorū ex ipsis, hæc quidem leuia sunt, hæc autem grauia.

Accidit itaq; non vbiq; eadem grauia videri esse & leuia propter primorū differentiā. Dico autem puta in aere quidē grauius erit talenti lignum plumbo mnaieo, in aqua aūt leuius. Causa autē quia omnia grauitatē habent pręter ignem & leuitatem pręter terram. Terram q̄dem igitur & quęcunq; terrę habēt plurimū, vbiq; grauitatem habere necessariū, aquam autem vbiq; pręter q̄ in aqua & terra. In ea enim quę ipsius regione omnia grauitatē habent pręter ignem etiā aer. Signū autem quia trahit plus inflatus vter vacuo. Itaq; si aliquid aeris habet plus q̄ terrę & aquę, in aqua quidē cōtingit leuius esse aliquo, in aere autem grauius. Aeri quidem enim non superfertur, aquę autē superfertur.

Cum dixisset ꝙ composita ꝓpter simplicium differētiam ex quibus componuntur, his quidem plus, his autem minus participantia, hæc quidē sunt grauia, hæc autem leuia, instantiam quādam intellexit dicētem. Si enim eadem ubiq; ex eisdem componūtur, ceu lignum unius talenti, & in aere & in aqua existens, ex eisdem cōstat elementis, & plūbum unius mnas similiter, & penes elemēta leuitas & grauitas in cōpositis est, ut ꝓxime dixit Arist. Propter quid nō ubiq; eadem grauia sunt & leuia. Sed in aere quidē grauius est lignum unius talenti plūbo unius mnas, in aqua autē ècōtrario. Ligno enim supernatāte plūbum deorsum cedit. Hanc igitur dubitationem nō ut quidam putauerūt prę Com. 16.

ter tempus hic positam, sed consequenter adductam, dicenti eam quæ in compositis grauitatem & leuitatem ex differentia simplicium esse, ex quibus componuntur composita. Soluit Aristoteles dicens esse causam accidentis hoc quòd omnia simplicia corpora grauitatem habent in suiipsorum regione excepto igne,& omnia leuitatem præter terram. Si enim subsidet unumquodq; eorum quę post ignem, hoc quidem pluribus.hoc autem paucioribus, quod auté subsidet graue, palàm quòd omnia grauitatem habent pręter ignem. Etsi supernatant omnia p̃ter terram, quod auté supernatat leue,omnia leuia p̃ter terram.Hæc enim sola nulli supernatat:sicut ignis solus nulli subsidet.His aût sic habentibus' terram quidé & quæcũq; terræ plurimum ubiq; grauitaté habere necessarium est. Omnibus enim subsidet terra. Aqua autem in aliis quidem corporibus quidem subsidere nata est, grauitaté habebit,& in omnibus ipsis eam quæ ad deorsum inclinationé seruabit,quia ad illa grauis est subsidens ipsis,nõ adhuc autem & terra grauitaté habebit,huic enim supernatat.Propter q̃d quę in aere aqua q̃ terra aliqua grauior exñs si apud terram ambo ponanť supernatabit parti terræ qua erat in aere grauior. Aer autem ad ignem quidem leuem simpl'r existentem, ipse grauis est, subsidet ení igni supernatanti sibi,ad aquá autem & terrá leuis,his enim supernatat, propter hoc igitur plumbum quidem quantuncũq; sit terræ plurimum habens & per aquam demergať, unius talenti auté lignum aere multo participás supernatat aquæ,quia & aer ipsi supernatat.In aere uero unius talenti lignum unius mnas plumbo grauius est multo participans aere. Quòd autem & aer in ꝓprio loco grauitatem habet ꝑsuaderetur ex utribus qui inflati trahunt plus q̃ non inflati in aere. Hæc quidé Aristo.⁋ Ptolemęus autem mathematicus in libro de reptionibus contrariam Aristo.opinionem habens conatur astruere etiam ipse ꝙ in sui ipsorum regione,neq; aqua,neq; aer habet grauitatem.Et ꝙ quidem aqua non habeat ostendit ex eo ꝙ ímergentes non sentiunt grauitatem superpositæ aq̃ quáuis aliqui ad multam ꝓfunditatem ímergantur.Possibile auté ad hoc dicere ꝙ cõtinuitas aquæ, eius quæ superponiť ímergenti,& eius quæ supponitur,& eius quæ ex utraq; parte sustêtat,facit ipsum non sentire grauitatem,ut quæ in foraminibus parietum undiq; tangentia parietem aíalia non grauantur ab ipso,qa undiq; murus seip̄m sustentat,tãquá si diuisa succederet aqua,uerisimile esset grauitatem sentiri ab ipsa.Aerem aût in totalitate suiipsius nõ habere grauitatem.Et Ptolemæus ex eodé argumento qđ ꝼm utres ostendit non solum cõtradicens ad hoc qđ Aristo.uidebať.s.utrem inflatum grauiorem esse non inflato,sed etiam uolens leuiorem ipsum fieri íflatum.Ego aût expertus cum diligentia qua potui,idem inueni põdus non inflati existẽtis utris & íflati.Eorũ autem qui ante me quadá expertus scripsit se inuenisse idem põdus,magis auté ante inflari grauiorem esse modico aliquo.Qđ quidem Ptolemęo cõsonat & palam ꝙ siqdem ut expertus sui ego ueritas sit,sine inclinatione utiq; in ꝓpriis locis erunt eleméta:neq; grauitatem habentia nullũ ipsorũ:neq; leuitatem: qđ quidem de aqua Ptolemæus ꝯfitetur. Et habebit hoc utiq; aliquá rõnem.Ná si naturalis reptio est appetitus ꝓprii loci,sortita ip̄m non adhuc unquá appeteret,neq; repent utiq; ad ip̄m in ipso existentia,sicut neq; saturatũ appetit alimentũ.Si auté ut Ptolemęus/ait/leuior est inflatus uter nõ inflato aer quidé leuitatem habet in suiipsius loco,cõsequés auté utiq; erit aquam ꝼm eádem rõnem grauitatem habere in suiipsius loco.Etenim emergentes ab aqua grauitatem quádam uidemur deponere nisi forte respirationis sustentaculũ reponentes robore qđ ex hoc grauitatis depositionem sentímus.Totaliter aût si sic habet aer ad aquá,ut simpl'r leue ad simpliciter graue,rõnabile qdem aerem cognatioré esse simpliciter leui & in ꝓprio loco leuitaté habere,sicut igné.Aquam auté grauitaté habere propter eam quę ad terram cognationé.Differentiam enim quandam habere ipsa,& ꝼm hoc necessarium sic habentia,ac si quis ipsa sola cõparet adinuicem,aerem quidem dici simpl'r leuem,aquá autem simpliciter grauem,ut ipse Aristo.docuit.Vt aer quidé in solo igne grauitaté habeat, quo est grauior,aqua autem in sola terra leuitaté qua est leuior.Et iterũ aer qdé & in ipso & in his q̃ ante ipsam grauitatem.Sed hæc qdem quæ uidebãtur maximo Pħo Siriano dicta sint. Forte auté etsi uere dicta sint hęc,aliter qdem aer in his q̃ post ip̄m elemétis dictus est leuis,aliter aût in suiipsius regione. In aliis quidé elementis tanq̃ & ad sursum ab illa delatus, in sua auté regione tanq̃ aliis supernatans, sed non tanq̃ ab illis ad sursum motus.Quod qdem necesse dicere putantes inflatum utrem leuioré esse non inflato.Quomõ enim totaliter possibile in proprio loco leué sic dicere aerem,ut ad sursum motum secundum naturam?Non enim exire à proprio loco uolet, sed etsi minus trahat inflatus uter quàm non inflatus, neq; hoc (ut existimo) cogit elementa reptionem aliquam habere in suiipsorum loco, sed magis ostendit non reptionem ipsorum. Nam qui in utre aer detinet utrem in suiipsius loco,& simul coincidens uter.i.non inflatus terream ꝯsistentiam habés & aeris priuationé ad deorsum repit magis,sic autem & insidens aquę lignum in aeris loco ꝼm aliquam ꝑtem suiipsius factam,aere qui in ipso quod in ipso terreũ in regione aeris locat,hoc autem.s.grauitatem habere in

propria regione aerem tanq̃ propter hoc plus trahat inflatus uter dubitabilius utiq; erit. Erit enim aer ẽm naturam à suiipsius regione ad deorsum tendens quod quidẽ incōueniens existimo & Arist. uidetur. Quoniã autem Aristo. dicente plus trahere inflatum utrem q̃ uacuũ non facile uiri tam diligentis iudicium refutare, forte imissus in utrem aer ab oribus, ut frequenter humanis insufflatus humidior existens & continuitate insufflationis compactus apponit aliquando modicam grauitatẽ. Si quis propter diligentiam neq; tantum uirum contẽnit.

Quod autem est aliquid simpliciter graue, & simpliciter leue ex his manifestũ. Dico autẽ simpliciter leue quod semper sursum, & graue quod semper deorsum, natũ est ferri nõ probibitum. Talia enim sunt aliqua & nõ quẽadmodum putant quidam omnia habere grauitatẽ. Graue quidẽ enim videtur quibusdam esse & alteris & semper ferri ad mediũ. Est autẽ similiter & leue. Videmus enĩ quẽadmodum dictum est prius, quoniã terrea omnibus substant & feruntur ad mediũ, sed & determinatum est mediũ. Si igitur est aliquid quod omnibus superfertur quẽadmodum videtur ignis etiã in ipso aere sursum latus, aer autẽ quiescens palã quod hoc fertur ad extremum. Quare grauitatem nullam possibile est babere ipsum, substaret enim vtiq; alij. Si autẽ boc erit vtiq; aliquid aliud quod fertur ad extremũ quod omnibus latis superfertur, nunc autem nullũ videtur. Ignis igitur nullã babet grauitatẽ, neq; terra leuitatẽ, neq; vnã siquidẽ substat oĩbus & qđ substat fertur ad mediũ.

